






T












Scripturae Reverendissimi Patris
Episcopi Jo. Octavii de S. Carolo
in Nova cum quibusdam
nomibus & dechombus
in foro conkicere

7

Handwritten signature or name



Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



Defecerunt Reuerendissimi Antonini ar
 chiepiscopi flo. ordinis predicatorū.
 necnon cum aliquibus conclu
 sionibus ac decisionibus
 in foro conscientie
 nuper reptis
 et impressis



*del Conuento de Carmelitas Defeatores de la Villa de
 Mosquera del Campo.*

Ine - 136

Handwritten text in a Gothic script, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is largely illegible due to fading and the angle of the page.



Incipit sumula confessionalis utilissima: in qua agit quo modo se habere debeat confessor erga penitentem in confessionibus audiendis: quam edidit reuerendissimus vir ac in Christo pater dominus frater Antoninus archiepiscopus florent. ordinis fratrum predicatorum.

Ex quibus verbis innuit: quod confessor siue sacerdos. debet habere ista tria ex auctoritate Aug. pallegata. Primo potestate in foro scientie: ut scilicet iudex spiritualis. Secundo conseruare puritatem vite sue: ne committat crimen nequitie. Tertio habere sufficientem scientie claritatem: ut non careat munere scientie.



Seruatates
scrutinio
Psal. lx
iii. Scru
tiniū qdē
ē confessio

vel inquisitio in quo penitens. scrutatur conscientiam suam: et confessor cum eo. Scrutator ergo est confessor qui in hoc potest tripliciter deficere: quia vel per malitiam absoluendo. quem scit non posse: vel per ignorantiam. nesciendo discernere inter lepram et lepra: et quem possit vel non possit absoluere: vel per infirmitatem conscientie inde sumendo occasiones malorum ex auditu dum incaute se habet. Unde Aug. de peni. di. vi. c. i. Caueat spiritualis iudex: ut si cut non commisit crimen nequitie: ut non careat munere sciē

De potestate seu auctoritate confessoris: et quomodo possit vel non possit audire confessiones. Cap. i.

Notandum primo est quod non sacerdos: et si possit audire confessiones in casu mortis. non tamen absolueret potest: alias si absoluit ut sacerdos indicatue: secundum quosdam incurrit irregularitatem: sicut si celebraret. Hoc tamen est dubium: quia non est in iure expressum sicut de celebrante: unde non videtur irregularis. Extra de sen. excō. c. Is qui. lib. vi. Ibi. n. dicitur: quod non incurrit quis irregularitatem propter aliquod delictum: quoniam non est in iure expressum: et confessus tali non sacerdoti tenetur iterum confiteri: ratio est quia solis sacerdotibus dictum est: quorum remissionis peccata: etc. Jo. xx. Nec tamen

a quolibet sacerdote potest quis
 absolui: sed a proprio aut altero
 de licentia eius. Unde dicitur de
 pe. et remis. in. c. Dis: quod quilibet
 semel in anno confiteatur omnia
 peccata sua proprio sacerdoti: et
 de pe. di. vi. c. Placuit: ratio est:
 quod non potest quis solvere vel li-
 gare eum: qui sibi confitetur: nisi
 habeat iurisdictionem super eum.
 Si autem fit proprius prelati et
 non sacerdos: sicut curatus: et
 episcopus non sacerdos: potest absol-
 vere per alium committendo hoc
 alteri. Sed nota quod proprius
 sacerdos aliter intelligitur cum
 dicitur: quod quilibet debet confiteri
 proprio sacerdoti: et aliter eum
 dicitur: quod de licentia proprii sa-
 cerdotis potest alteri confiteri.
 Nam in primo casu dicitur prop-
 rius sacerdos: quicumque habet po-
 testatem absoluendi ordinariam
 vel delegatam: siue sit comis: siue
 sit singularis: quod actor sequitur
 fori rei: sed est in electione eius
 que fori de multis sequatur: ni-
 si sit actio realis in qua sequi-
 tur fori rei de qua agit. Et quod
 in foro pnie idem est actor et re-
 us: inde est quod idem seipsum potest
 accusare coram quocumque confes-
 sore de omnibus qui illum possit ab-
 solvere de crimine ubicumque com-

misso: quod huiusmodi absolu-
 tio non respicit territorium: sicut
 alia: ratione rei vel delicti. pro-
 pter quod dicitur Host. quod quilibet
 habet tres sacerdotes proprios
 ordinarie. scilicet curatum de cuius par-
 rochia est: episcopum suum et papam.
 Sed in secundo casu proprius sa-
 cerdos de cuius licentia potest al-
 teri confiteri: intelligitur strictius
 ille qui de iure suo ordinario
 hoc habet: non ex commissione: et
 sic intelligitur. c. Dis utriusque se-
 xus equo: et loqui: de proprio sa-
 cerdote secundum omnes. Et Nam constat
 quod ad implendum illud prece-
 ptum de confitendo semel in an-
 no omnia peccata sua proprio sacer-
 doti: ita sufficit confiteri vica-
 rio curati: sicut ipsimet cura-
 to: et tamen ad confitendum alteri non
 sufficeret accipere licentiam ab
 eius vicario: sicut sufficeret ab
 ipsomet curato. Unde respectu
 primi vicarius est proprius sa-
 cerdos: sed non respectu secundi.
 unde et si possit quis confiteri vi-
 cario curati: tamen ipse vicari-
 us non potest dare licentiam
 illi quod alteri confiteatur. Nec
 De. de pal. in. iiii. distin. xvij.
 questione. iij. ar. ij.
 De ordinario confessore quo
 ad ecclesiasticas personas. cap. ii.

Sciendū est q̄ papa. q̄a non habet superiorem a xp̄o: nec a cōcilio quo usq̄: hēt p̄p̄riū cōfessorem quē duxerit eligendū: qui auctoritate xp̄i potest euz absolvere vel ligare in foro p̄niali: non autē in foro exteriori q̄a ipse non potest ligari vinculo excoicationis a quo indigeat absolui: et p̄pter hoc non op̄z a xp̄o sibi committi. Quia tamen potest ligari vinculo peccati sicut et alii propterea indiget remedio sicut et alij: q̄a nec xp̄s dimisit eum sine remedio: ideo hoc cōcessit vt sicut a principio gl̄ibet poterat quēlibet volentē se sibi subijcere absolueret: ita et nūc quo ad illū qui nulli est subiectus sic papa. ¶ Si vero excoicatur eligatur in papā. anteq̄ consentiat sup̄iorē hēt a quo absolui potest: sed si prius assentiat: absolui postea nō potest s̄ nec indiget: q̄a nulli legi subest. Unde lex positiva: q̄ ardet excoicaturū a cōione fidelium et p̄ceptione et collatiōe sacramentoz ipsum non ligat: p̄ q̄d excoicatio non ipeat electū nec electionē ipsaz. Qui vero sūt de familia pape: ha-

bent summū p̄nariūz p̄p̄riū sacerdotē cū papa: quia nulli alij subsunt. Secus est autē de capellanis eius: q̄ per mūdum sunt dispersi: qui p̄pter hoc non sunt ab alijs exēpti. ¶ De cardinalibus autē qui sunt episcopi. ipsi non minus habēt q̄ alij ep̄i: q̄. s. libē p̄nt eligere. Idē si sunt legati: q̄a sunt prelati vel exēpti. Si vero sunt simplices cardinales nec ep̄i: nec legati: dic̄. Post. eos non habere nisi papaz et summū p̄nariūz. Et quāvis imediate sint sub papa. et per consequēs exempti. nō tamē possunt sibi eligere cōfessorē sine ipsi⁹ aut summū penitentiarij licētia. q̄ non sunt prelati. s̄ coadiutores prelati et pastozis. licet sint p̄sbyteri cardinales. ideo tuti⁹ est q̄ habeāt licentiam a papa. Familiave ro commensalis eoz. de licētia eozūdem cardinaliūz possunt sibi eligere cōfessorem quia de cōsuetudine sunt subditi eis siue sacerdotes sint siue nō: v̄l forte summus penitentiari⁹: est quasi curatus respectu omnium mātionariūz curie pape: quoz ipse papa ē quasi ep̄us p̄p̄ri⁹. Nec Idē

de pal. i. iiii. di. xvij. q. iij. ar. ij.
Patriarche: archiepi: epi:
 habent proprios sacerdotes su-
 os immediate superiores: ut epi-
 scopus archiepiscopi: ille prima-
 tem: ille patriarcham: ille papa:
 et hoc nisi sint excepti. Nihil-
 ominus oēs isti pnt sibi elige-
 re confessores. Extra de peni. et
 remis. c. si. qui pnt eos absol-
 uere nō soluz de occultis: sed
 etiā de manifestis: et notorijs
 etiā: archiepo inuito: et etiā a
 vinculo excoicationis maio-
 ris et minoris: et mutare vota:
 et relaxare iuramēta: et omnia
 alia ppter que nō esset consu-
 lenda sedes aplica: licet Hosti-
 lien. dicat cōtrarium: et illud
 cōtrariū tenet frater Barto.
 in pisanella: confessio. iij. di. xvi.
 Nec obstat qd in illo. c. si. non
 fit mētio nisi de absolutiōe a
 peccatis: qz cuz intentio pape
 sit ipsis epis qbus esset gra-
 ue semp ad archiepiscopi recur-
 rere et graui⁹ ad papā: ita pro-
 uidere eis per confessores ab
 eis electū. sicut psum est in
 inferiorib⁹ episcopoz: per ipsos
 epōs: Idco de omni peccato
 et vinculo de quo potest epus
 absolvere inferiores: et electus
 ab eo pōt ipm absolvere et in

omni casu in quo potest epus
 dispēsare cū inferiori: et ille cū
 epō: qz vbi eadē ratio et idem
 ius. Et sicut bene dicit Hosti.
 Istud priuilegium nō perdit
 per hoc qd venit Romam: qz
 ibi nō distinguitur vbiqz
 sit: sed si definit esse epus: puta
 qz cedit loco et dignitati de li-
 centia pape forte pdit priuile-
 gium datum epis: qz ipse nō
 plus habet epi dignitatē. Si
 vero cedit loco et nō dignita-
 ti: non pdit. Ratio qua aliqui
 probant. qd cōfessor ab epō ele-
 ctus nō potest cū absolvere a
 vinculo excoicationis ē: qz nō
 habet potestatē nisi ex electio-
 ne epi. Sed ad hoc responde-
 tur: qd nō ab epō eligente: sed
 a iure cōmittente. habet pote-
 statem iste sicut qui eliguntur
 ab illis: qui per litteras peni-
 tentiariorū habent: qd possint
 sibi eligere confessorē ab ipis
 penitentiarijs: et nō ab eligenti-
 bus habet auctoritatem. sicut
 cū epus committit fratribus
 quos prior eligit: ipi sunt cō-
 missarij prelatorū nō eligenti-
 um. Et qd etiā dicunt. qd si il-
 le electus ab epō in cōfessorē
 eēt excoicatus minori nunq̄
 cum eligeretur ad hoc: posset

absoluerit: quia ligatus minori licet possit cōferre sacramēta nō tamē eligi. Respondet q̄ nō valet istud: q̄ intelligit̄ de electione iuris ad dignitatē: Immo et si q̄n ab ep̄o eligatur cōfessor: essent tūc ambo ipse et elect⁹ ligati maiori: ad hoc nō impediret factū: dum modo elect⁹ ille qui absoluit: nō sit ligatus maiori nec suspensus. **Dec.** De. de pal. in iij. di. xvij. q. iij. ar. ij. ¶ Prelati etiā exempti. habent sibi privilegiū cuz ep̄is in eligendo libere cōfessorem. Mā ex quo sunt exēpti et p̄lati: sicut multi sunt abbates: ex hoc ipso habēt istud privilegiū: q̄ graue eēt eis semp̄ adire papam nouū: pro licētia cōfiteri. Si autē sic sunt exempti q̄ nō prelati: nō habēt istud privilegium. **Verbigratia.** Dēs subditi collegij exempti. seculares vel regulares. q̄d est exemptū in capite et in mēbris. **Di. n.** imediate suis prelatis cōfiteri p̄nt: nō alijs nisi d̄ licētia ip̄oz. Si autē sic sunt exēpti q̄ citra papā. nec de canū nec p̄positū h̄nt: qui hēat curā ip̄oz: et ad hoc nō p̄nt sibi eligere: s̄ petāt hoc ip̄s a papa vel ei⁹ p̄nario: cum alias nullus possit eos absoluerē. ¶ Similiter abbatissa quous iura ep̄alia exerceat. ponēdo officiales. nisi in hoc habeat speciale privilegiū alias q̄tū cūq̄ exēpta nō p̄t hoc hēre quia nō est prelata nec p̄latissa cū nō habeat claves iurisdictionis. ¶ Et q̄ ei⁹ officialis et cōicat. q̄d p̄ se ipsa nō potest: nō est auctoritas ipsius: sed pape. Similit̄ quocunq̄ p̄cest quibuscunq̄ ex p̄missiōe alterius: et est delegatus: non p̄t dici p̄latus. Unde quātūcūq̄ exemptus q̄ tū nō est prelatus: nō habet hoc privilegiū: puta superior in religione: vel prior nō cōuentualis: aut p̄uēntualis sub abbate: nō per electionē: sed ab ipso abbate ex p̄ filio seniorū positus vel institutus. nisi forte quando mortuo abbate vel priore ipsi fuerint quasi ordinarij: q̄ tūc actio subrogata. hēt privilegiū eius in loco cuius subrogatur. Sed prior q̄ per electionē canonicā instituit̄ prelatus est: et ideo si est exēptus h̄z idē privilegiū: p̄ q̄d non oportet q̄ confirmas det sibi potestatem eligendi cōfessore

ficut nec confirmans vel cō-
secrans ep̄m. Nec obstat de
cretalis. Ne pro dilatiōe. ex
de pe. z re. Istud. n. privilegiū
de eligendo confessorum: equi-
ter concedit̄ ep̄iscopis z mi-
norib⁹ prelaris exēptis. On-
de cū ep̄iscopi licet immediate
subsint archiep̄is: nihilomi-
nus sine eorum licentia hoc
p̄nt etiā qui sunt non exēpti:
ergo z p̄ores hoc possunt licet
subsint abbatib⁹ vel maiori-
bus sine licētia eorū cum sint
ordinarij. Si aut̄ sunt in di-
gnitate constituti: nō tamē p̄-
lati: sicut cantor: thesaurari⁹:
sacrista: z h̄mōi persone non
h̄nt p̄uilegiū: q̄uis exempti.
¶ Si vero eēnt p̄lati: sed nō
eēnt p̄lati in foro p̄niali: sicut
sunt archidiaconi de pari cō-
currētes cū ep̄is in foro cāz
adhuc nō puto eos hēre hoc
p̄uilegiū: s; solos p̄latos. hoc
dico qui h̄nt curā aiāz. Sic
āt dixi de ep̄is: q̄ q̄diu sunt
ep̄i: quo ad dignitatē retinēt
hoc p̄uilegiū: ita z de istis
q̄diu sunt in prelatione: z si-
militer electus ab eis potest
agere: cū eis absoluēdo z di-
spēsando q̄cqd possit ep̄isco-
pus si ei subessent. Sic elect⁹

ab ep̄iscopo potest tantū quā-
tū archiep̄s: excepto i snia la-
ta a superiori contra eos: puta
ab archiep̄iscopo contra suf-
fraganeū suū: ab abbate con-
tra priorē conuentualem sibi
subditū. ab huiusmodi. n. non
potest absolucere electus talis
confessor. Quicūq; enī p̄t
eligere vno electo siue mor-
tuo: siue non mortuo: potest
alium mutare ad placitū: z
eoipso q̄ talis q̄ potest eligē
confiteat̄ alicui: v̄r̄ ipsum elige-
re: q̄ plus est factis z mētis
intentione eligere: q̄ verbis
iij. q. vi. c. i. z de ma. z de obe.
c. legebat̄. Nec pe. de pal. vbi
supra di. xvii. ¶ Inferiores p̄-
lati nō exēpti si subsunt ime-
diate ep̄o: ipsum soluz habēt
cū superioribus ei⁹ pro p̄prio
sacerdote sicut abbates: deca-
ni: p̄positi: z archiep̄s byteri ru-
rales. Curati vero decanos
rurales: z ep̄m. q̄n̄ ille deca-
nat⁹ est annexus cure. Simi-
liter priores qui sunt sub ab-
batibus: illis subsunt z ep̄is:
Nō prelati vero z nō curati
subsunt immediate suis cura-
tis: siue abbatib⁹: siue priori-
bus: siue decanis. q̄n̄ sunt de
collegio vel simplicib⁹ cura-

tis: quoniam in parrochijs suis commorantur Clerici vero choralis subsunt ei: qui preest choro siue sit cantor. siue succesor in exterioribus. Sed quantum ad foris scientie solus decanus videtur curare eorum. Nec De. de pal. vbi. s. di. xvij. q. iij. ar. ij.

Cui debeant laici ordinarie confiteri. Caplm tertium.

Adperator s. m. Mos. de antiquissima consuetudine confiteatur capellanis suis. Sed sicut dicitur de pen. r. re. c. ij. li. vi. Nulla consuetudine introduci potest: ut propter proprii sacerdotis licentiam aliquis possit sibi eligere confessorum. nisi de licentia pape. **R**ex habet episcopum siue archiepiscopum: in cuius civitate est sedes regni. Dicitur autem sedes vel metropolis regni: non in qua plus moratur sed in qua iungitur coronatur. **P**rinicipes minores si habent sub se civitates plures: similiter a sede principali ducatur vel comitatur: domicilium sortiuntur. Sed si non habent unam civitatem. alia principaliorum ab utroque episcopo vel metropolitano iurisdictionis confiteatur capiatur s. m. Mosi. Sed hoc non est verum quantum ad metropolitanum: quia nullus subditus suffraganeorum: est ei sub

ditus immediate: nisi quoniam visitat sed solus ipsi suffraganei. **Q**uoniam cum dominus duarum civitatum in temporalibus: ita suberit episcopus in spiritualibus ac si esset servus: sicut dominus castri subest in spiritualibus curato. **N**on sic metropolitanus non posset dare iurisdictionis confiteatur homini habenti domos in dioecesi suffraganeorum: ita nec principi. **D**e illo vero principe qui habet dominium in diversis dioecesibus: sed non super civitate videtur quod ipse multo magis ab ipsis episcopis petere debeat hoc ab illo. si cuius dioecesi habet principalem dominium: vel ab utroque si equaliter in duabus. **M**axime absurdum esset quod a tot curatis haberet hoc petere quantum in suo dominio includitur. **D**ominus vero qui in eadem dioecesi in diversis villis habet dominium: si in una habet principale dominium in qua non fit nisi una parrochia tantum: siue unum curatur: tantum illi videtur subesse. Sed quoniam nullum habet dominium in illa villa quod sub se non contineat plures parrochias: maxime si una non est principalior altera: tunc nulli curato subest sed immediate episcopo. **S**i vero in una villa sit principale dominium: in qua non est nisi una parrochia tantum: vel sunt multe et una principalis: curatur illi est sibi proprius sacerdos

citra ep̄s. **C**saluiz senescal
 chi si nullibi hēret māfionez
 nisi fm q̄ aſistere regrūtur:
 modo huc modo illuc diſcur
 rendo vbiqz confiteri p̄nt: vel
 ep̄is ciuitatum: vel curatis i
 quoz parrochijs hoſpitiū eli
 gūt. Si vero principaliter ali
 cubi degūt: ibi curatū h̄nt il
 luz: in cuius parrochia hoſpi
 tiuz ſuū ſitū eſt. Et ſic de pre
 poſitis: licet habeant domos
 parentū ex balliuam z ſeneſ
 chaliā vel prepoſiturā: qz per
 hoc offm̄: quaſi contrahendo
 ſortiuntur ſoz. **C**eteri vero
 burgēſes z alij laici nō in po
 teſtatibus ſtituti: illis cura
 tis ſubſunt: in quozuz parro
 chijs degūt principaliter: vel
 ſi in duabus equaliter: in q̄
 tunc manent qñ ſfiteri volūt
 illi parrochie ſūt. **D**ec **D**e.
 de pal. vbi ſupra di. xvij. q. iij.
Regulariter ergo ſfeſſio fi
 enda ē pprio ſacerdote. **D**n̄
 dicit **I**nno. i. c. **D**is extra de
 pe. z re. Si q̄s alieno ſacerdo
 ti. iuſta de cauſa ſfiteri pecca
 ta ſua voluerit: licentiā prius
 poſtulet. z obtineat a pprio ſa
 cerdote: cū aliter ipſe nō poſ
 ſet ſolueri vel ligare. **D**ec ibi.
Casus octo in qbus q̄s po

teſt alteri ſfiteri q̄s pprio ſa
 cerdote ſine ei⁹ licētia. ca. iij.
T nota ſz **D**e. de pal.
 vbi ſupra ar. iij. casus
 octo in qbus quis pōt al
 teri ſfiteri q̄s pprio ſacerdo
 ti ſine eius licētia: quos pōt
Hoſti. in ſumma. **C** **P**rim⁹
 ppter indilcretionē ſacerdo
 tis pprij. Et ſub hoc caſu cō
 prehēditur qñ ipſe ſacerdos
 ppri⁹ eſt ſollicitator ad ma
 lum: vel reuelator ſfeſſionis:
 vel eſt talis q̄ ex ſfeſſione i
 minet periculuſ cōfidenti vel
 cōfeſſori. **I**n hoc igitur caſu
 dicit **H**oſti. q̄ eo ipſo h̄t licē
 tiam a iure aliū adeundi. **D**e
 pe. di. vj. c. **D**lacuit. Sed alij
 dicūt q̄ tūc debet petere licē
 tiam ab eo vel a ſupiori: qz. c.
 ois dicit q̄ qui ex iurta cā vo
 luerit alteri ſfiteri petat licē
 tiam a proprio ſacerdote. Et
 q̄uis quidā hoc intelligāt ni
 ſi ex culpa ſua hoc pcedat: vi
 detur tñ meli⁹ etiaſ ſi hoc ſit
 ex culpa ſua: qz culpa ſua nō
 debet alteri nocē: puta ſuperi
 ori: ſic pprio ſacerdote mor
 tuo: vel excoicato: nō coipō li
 cet ire ad aliū ſed oportet re
 currere ad ep̄iscopū. **S**z ſi ſu
 perior adiri nō pōt: v̄l etiā ſi

pōt est eque defectuosus: tūc qz ad papam nō est facilis re-
cursus: eo ipso ad aliū ire pōt.

¶ Quando ergo proprius sacer-
dos oīno indiscretus et ineptus
est pro tūc pōt adiri sine licen-
tia petita: vel saltē cū licentia
petita et si nō obtenta pōt ire
ad aliū: dico autē petita: qz et si
sit indignus per se audire: nō
est tñ ipotens cōmittere: et in
hoc. s. q. debet petere licentiā
ab ipso: vel ire ad superiores:
Recordat. Tho. **¶** De. Al. Inno.
et Vul. q. si negatur ab eis li-
cētia: tūc dicūt predicti q. idē
iudiciū est de eo qd et de illo.
qui nō habet copiā cōfessoris

¶ Nō magis debet eligere lai-
co cōfiteri: nec in hoc trāsgre-
ditur precepta ecclesie: qz pre-
cepta iuris non se extēdūt vl-
tra caritatē: nec ēt fit iniuria
sacerdoti: qz priuilegiū meret
amittere qui cōcessa sibi abu-
tit p̄tate **¶** Nec Tho. in. iiii. dis.
xvii. q. iij. ar. iij. Item dicit ibi
Tho. q. peccaret sacerdos si
nō esset facilis ad p̄bēdā li-
centiā alteri cōfiteri. S; **¶** De.
de pal. dicit q. tūc potest libe-
re ire ad aliū vt p̄ supra. Et
si non posset aliū hēre et neces-
sitas imineat: dicunt predicti

doctores q. confiteat peccata
sua in genere. sine eo de quo
posset maluz prouenire.

¶ Secundus casus est: qñ par-
rochianus trāstulit domiciliū
suū: qz tūc definit eē parrochi-
anus p̄mi sacerdotis. et fit par-
rochianus illi ad cuius parro-
chiā se trāstulit. S; si in dua-
bus parrochijs hēret domū:
et in vna maneret tpe estiuāli
in alia vero tpe hyemali: vtro-
biqz sortit forū non simul: sed
successiue s̄m q. habitat mo-
do hic: modo illic: et hic tūc re-
cipiat sacramēta vbi tūc ha-
bitat alias alibi.

¶ Tertius casus est cū est va-
gabūsus nec hñs nec petens
domiciliū: tunc iste potest cō-
fiteri cuilibet curato: vl' ep̄o in
cuius parrochia est: imo etiaz
non curato videt: qz nulli sub-
dit: subdit se cui vult. **¶** Mā
omnis sacerdos p̄tate hēt or-
dinis et iurisdictionis ex sua or-
dinatione: s; subditos hēt so-
lum eos: qui se ei submittūt:
nisi q. s̄m iura: qui se semel
alicui submitit: factus est ei
parrochianus: nec pōt se alijs
submittere quousqz de p̄mo
se subtrahat simpliciter: nisi
de voluntate illi: vnde dicit

extra de pe. z re. c. si. permittimus eligere. q. d. iure diuino licebat eis eligere: sz electioe eis subtracta: pmittimus relaxates retentione q possint eligere. **¶** Dñ in dicto. c. placuit de peni. di. vi. dr. sine cōsensu ei⁹ cui p̄rio se cōmisit: z postea cui penitēs cōfessus ē. **¶** Quartus casus est si q̄rit domiciliū quo se cōferat quo usq; se alicui subdat. Et de peregrinis quidē dicēduz est q; si sine licentia curatoruz z ep̄oz p̄fecti sunt. nil privilegij hñt in hoc. Concord. in hoc l. q; peregrini z negotiatores z alij viatores: si nō hñt licētiā a suis curatis vel ep̄is: v̄ sine licētia eoz iter arripiunt non pñt ab alijs absolui. Inno. Hosti. z Suil. Si at̄ de licētia ep̄oz z curatoruz p̄fecti sunt: eo ipso hñt licētiā interpretatiuā cōfiteudi. cū sine cōfessione digne pegrinari nequeāt. Si et̄ superueniat pascha: cōicare pñt pp̄ eandē licētiā implicitā z de casu ep̄a li absolui: q; ep̄s nō retinēdo sibi auctoritatē licentiādo peregrinos: ex hoc ipso v̄ eis dare licētiā cōfiteudi de casib⁹ ep̄alibus: sic curat⁹ de parro

chialib⁹. **¶** De mercatoribus aut̄ si nusq; hērent domiciliū nisi semp sequēdo nūdi- nas: idē iudiciū est qd̄ de vagabundis: z idē si in loco suo tenēt hospitium: sz nō declinat̄ illuc in pascha cōiter Mon. n. tūc vident̄ ibi hēre domiciliū quo ad sacramēta. Et idē de familia p̄ncipis vel baliui qui nūq; in eodē statu p̄manēt: ex quo licet ip̄i teneāt hospitium alibi. nec tñ ad illud declinat̄ nisi ad horā. isti vagabūdi censent̄. Idē de familia ep̄i laica. q; nō sic hēt ius in ea sic̄ cardinales. Sz si eēnt de diocesi ipsa. de ei⁹ licentia cōfiteant̄. Si aut̄ de alia ex q; ei⁹ hospitium dimiserūt. q; per diocesim vagant̄ respectu illius dioecesis vagabūdi reputantur. vt de licentia ep̄i illi⁹. vel cuiuslibet curati. ad cui⁹ parochiam veniūt cōfiteri pñt. **¶** Quint⁹ casus est rōne delicti. vi. q. iij. c. placuit. qd̄ qd̄ dicūt esse vex tūc solū. qñ pp̄ hoc est excōicatus. q; si eēt excōicatus a p̄lato loci illi⁹ pp̄ illud pctm̄: sicut cōsuevit fieri vt in futuris z huiusmōi quorū ignorant̄ actores: mittendus est talis ad excōicatores

absoluendus ubi eo. Sed si peccatum est occultum, et propter hoc non sit excommunicatus: potest de hoc confiteri proprio sacerdoti, ut dicitur in summa pisana. ¶ **Frā. zaba.** refert Laudē. tenere quod curati, et et fratres admissi ad audiendum confessiones secundum formam ecclesie. dudum possunt audire et absolvere peccata commissam: non solum in dioecesi: sed etiam extra territorium dioecesis dummodo tamen confitentes se possint illis confiteri. id est, quod sint illius dioecesis: vel parrochie quo ad curatos.

¶ **Sextus** ratione studij, ut scholares et si non sint moraturi nisi per annum in studio: vel quod non habent plus de spatio vel ab episcopo: vel capitulo: de cuius licentia ibi sunt: vel quod sic disponunt vel de parrochia in parrochia mutantur. De illis vero scholaribus qui veniunt de omni parte regni ad parlamentum parisiense cum rex reputet se fiscus: non recognoscens superiorem in toto orbe: videtur quod ibi possint confiteri episcopo et curato, in quorum parrochijs domos conducunt: sicut olim in tempore imperatorum Rome: erat ibi civitas patria: et quicumque illuc veniebat habebat iudicem suum. id est, preterea pe-

regrinum. Sed primum est verum. scilicet, quod non possunt absolvi ratione parliamenti si non habent licentiam a suis prelatibus: quod res Parisius non habet potestatem in spiritualibus: nec in ceteris partibus regni. Episcopus autem potest in spiritualibus soli sue dioecesi: Solus, n. Rome ubi est sedes pape: in spiritualibus omnibus est patria civis: sicut ecclesia cathedralis omnibus de dioecesi. Unde in curia romana sicut curato suo: summo penitentiario de omni loco mundi potest confiteri: et penitentiarijs simplicibus sicut vicarijs sui curati.

¶ **Septimus** casus est ratione necessitatis: quando esset in mortis articulo: tunc omnis sacerdos ab ecclesia non precisus: auctoritate iuris, fit proprius sacerdos. Extra de officio, c. pastoralis. Ex hoc quod habetur de consecratione, di. iij. c. Sanctum: videtur quod etiam laicus in huiusmodi necessitate, possit et excommunicatum reconciliare ecclesie: si non est ipse precisus non tamen potest absolvere a peccatis audiendo confessiones.

¶ **Octavus** casus quem ponit Hosti. est si sacerdos non proprius: ponat spem in ratihabi-

Prima pars

tionem proprii sacerdotis. Sed
ut dicitur in summa pisana et
bene: iste casus contra non tene-
tur: cuius rationem assignat
De. de pal. Nulla. n. rati-
bitio confirmat sacramentum
quod nullum fuit: quia in non sa-
cramentis ratihabitio: saltem
pape valere potest: quoniam ille so-
lenitate mutare potest: sicut
de ecclesia per non episcopum dedi-
cata solum ratihabitio pape:
dedicata vel reconciliata re-
putatur. Extra de conse. ec.
vel al. c. Aqua: tamen in sacris
valere non potest: quia illa pa-
pa mutare non potest: quia re-
gula iuris est quod ratihabitio
retrotrahitur: et mandato com-
parat: quando solo mandato et a
principio res agi potest. In ta-
libus autem locum non habet qua-
do. s. essentia sacri deficit: quod
tunc totum iterandum est. De es-
sentia autem absolutionis est po-
testas iurisdictionis: quam pote-
statem erga tale non habet. ex hoc
quod ponit spem in ratihabitioe.
Quis possit committere: et
quis non audientiam confes-
sionum. Capitulum quintum.

Nota secundum De. de
pal. in. iiii. di. xvij. q. iiii.
quod omnis sacerdos proprius

qui iure ordinario potest au-
dire confessionem: potest hoc
ipsum alteri committere: quia
habet eam meri imperij. Et
quia quicumque per electionem habet
curam animarum est ordinarius. Ideo
omnis talis potest licentiarum que
libet subditum cure sue alteri
confiteri. Item ordinarius
est quicumque ex officio sibi annexo
hoc habet licet non sit per ele-
ctionem. Item gerens vicem cu-
rati per legem vel consuetudinem
sicut factus prior per abbatem: quod
vivente abbate erat delegatus
non potens subdelegare: eo
mortuo vel amoto eius vices
in omnibus obtinens: est quasi
ordinarius delegatus quantum
ad hoc unde licentiarum potest si-
bi subditos de confessione. Idem
videtur de superiore amoto
priori: vel vicario cum conventus
non habet priorem.

Archipresbyter civitatis de
quo iura loquuntur: ut quod sit
ordinarius. sicut si est preben-
da sacerdotalis cui ex officio
esset annexum officium audiendi con-
fessiones illorum de diocesi ex-
tra civitatem et multo magis si
de civitate. Sed si penitentiari-
us non habet officium ex sua
prebenda sed ex commissione vine

vocis epi: qui renocat quando vult: qz iudiciū soluit. vetate eo qui iudicare iussit: talis ē delegatus z nō ordinarius. ¶ Archidiaconus licet sit iudex ordinarius de consuetudine: non tamē in foro cōficiētie nisi sit sacerdos: z tunc audit ex cōmissione: vnde non potest subdelegare. ¶ Legat⁹ est ordinarius in vtroqz foro: vnde sicut in exterioribus ad iudices delegatos: ita z habet suos penitentiarios.

¶ Summus pniarius: est ordinarius in spūalibus tantum. Vnde hēt pniarios suos: z concedit ēt licentiaz eligendi confessorē. Sed simplices penitentiarij pape: quibus sint delegari pape: qui solus eos ponit non summus penitentiarius: pnt quidē eos audire de toto mundo. sed non pnt sumere adiutores: nec etiam dare licētiā eligēdi cōfessorē.

¶ Decanus ruralis qui etiā archipresbyter vocatur: si iste decanatus est ānerus alicui cūre speciali: reputatur ordinari⁹ in parrochijs suis decanatus post episcopū. supra curatus: z videtur etiā ordinaris curatoz: z sic curati de

licentia eius nō solū epi: pot sunt confiteri. ¶ Si autē episcopus seu archidiaconus cōfert illū decanātū modo huic modo illi curato: videt delegatio: z hoc respectu cōmuniū casuum. Nam respectu casuum episcopaliū tam de curato qz de decano qb⁹ de speciali gratia cōmittit absoluerē: de illis videt distinguendum: an sit retenti de iure vlt cōsuetudie: z tūc in illis nullū ius habet de se inferior episcopo. Vnde cuicunqz illos committit auctoritate delegata: illos absoluit. ¶ Itē nota. qz quando potestas. iurisdictionis est vna apud plures z nō apud quēlibet insolidūz tunc non potest quilibet per se eā cōmittere sine consensu aliorū. Sed quod oēs tangit ab omnibus debet approbari.

Vnde si capitulūz sede vacante. gerat vices episcopi in temporalib⁹: nullus de capitulo etiā decanus pōt ponere officialē sine consensu aliorū: sed capitulū de cōsensu maioris partis. ¶ Potestas dī absoluerēdi a pctis vna z eadē pōt ēē apud plures vt sunt vniūz z nō penes vniū: sicut penes. ca

pitulū sede vacāte:quādo ha-
bet potestatē eius in spūali-
bus:dico quantū ad cōmissi-
onē non quantū ad executio-
nē:quia confessio soli est fien-
da:vnde totuz capituluz non
vnus canonicus:ponet peni-
tentiariū. Sed quando iuris-
ditio perfecte insolidū rema-
net apud quēlibet eozū:ita q̄
vnus sine alio pōt p̄ seipsum
de causa cognoscere:tūc vn⁹
sine alio cui vult potest com-
mittere:z minoz sine maiore
multomagis ecōuerso. ¶ Et
quia potestas absoluēdi que
est apud curatū:papaz:z epī-
scopū:non ē vna:sed quilibet
potest per se audire sine con-
sensu alterius:ita etiāz quilibet
eozuz sine consensu alterius:
potest cōmittere alteri. Vñ
vicarius curati. sine licentia
episcopi:potest audire confes-
sionē illoz. s. qui sunt subditi
curatoz z non alioz:z mul-
tomagis econuerso. s. de licē-
tia episcopi:audiri eoz confes-
siones qui sunt subditi cura-
tozum sine licētia vel consen-
su eoz. ¶ De hoc extat bulla
ta dclaratio. Clemētis z Ale-
xan. post cuius bullationem
nullus parisius dixit contra

rium. Qui autem ex cōmissi-
one solum audit confessiōes:
nō potest alteri committere
audientiam confessionum.

¶ Dec p. vbi. s. arti. iij.

¶ Quō z qñ curat⁹ vel p̄sby-
ter parrochialis possit dare
vel negare licentiaꝝ alteri cō-
fitēdi subdito si petat illam.
Capitulum sextum.

¶ Ita fm̄ ¶ De. d. pal.
in. iij. di. xvij. q. vbi. s.

q̄ si parrochian⁹ pe-
tat licentiā alteri cōfitendi in-
determinate:nō det curatus
nisi sit verisimile q̄ penitens
nō eligeret nisi eque bonum
vel meliorē. Si vero noiat si-
bi aliū de quo verisimile ē q̄
sit eque bonus vel melior ad
cōfessionē audiēdaz:nō neget
qz forte hēt peccatuz qd̄ eru-
bescit cōfiteri sibi:z pri⁹ more-
retur sine cōfessione q̄ sibi cō-
fiteretur. Si vero apparet q̄
nō est eque bon⁹:aut per fa-
mā:aut per visum sue p̄sonē:
per cōuersationē p̄sonaz sibi
cōfidentiū:que min⁹ religiose
cōuersant:tūc simpliciter dēt
negare:inotescēdo q̄ ille nō
pōt eū absoluere: qd̄ tñ intel-
lige cū ille ad quez vult acce-
dere parrochianus:nō habet

auctoritatez nisi ex commissi-
one ipsius curati: declarādo
etiā q̄ ipse paratus est eū au-
dire. si tū ē talis q̄ ad hoc sit
sufficiens: velet iā q̄ est para-
tus sibi dare vnū alium loco
sui: in quo casu bene videat vt
det sibi ad hoc sufficientem.
¶ **M**az si insufficientē daret
sibi imputaret̄ detrimentuz
qđ ide sequeretur oui sue: qz
s̄m iura: qui paz diligēti so-
cio suā rem custodiendā cō-
misit: facilitati sue iputari de-
bet si perijt. Si aut̄ ille petit̄
a parrochiano: vel diffamat̄
habet potestātē superioris: pu-
ta qz est vicarius ep̄i: vel con-
fessor deputat̄ in ordine mi-
norū vel p̄dicatoz et huiusmo-
di: nō pp hoc p̄hibendus est
simpliciter: q̄a iudex malus:
ordinarī: vel delegatus: non
perdit iurisdictionē suā: sed de-
bet dicere petenti: nō expedit
tibi vt tu vadas ad illum: vel
ad aliuz: nec ibis de volūtate
mea: nec assensu: nec licentia:
sed ipse hēt potestātē ab alio
maiore: vñ nō possu; tibi pro-
hibere: s; paratus sum te au-
dire vel per vicariū: vel c̄ne-
um idoneuz: et s̄m hoc soluit̄
inst̄tia illius regule. s. q̄ non

pōt eē pastoris excusatio si lu-
pus oues cōcedit. et pastor ne-
scit. qz hoc verū est qñ pastor
scire d̄bet. Et licet aliqs sem-
per debeat reputare aliū me-
liorē se simpliciter: nō tū q̄tū
ad oia: puta q̄tū ad officium
hoc: vel illud. Itē suspitiones
hēre possumus: nō ad iudicā-
dum primū: s; ad cauendum
nobis. Mā si video pauperē
nō iudicabo furez: tū ne forte
sit fur: custodiaz rem meā ab
eo. Et sic in p̄posito. Tamen
si p̄riū nō apparet: plus debz
homo p̄sumere de his quos
papa: vel ep̄s per totā dioce-
sim p̄fecit: q̄s de se qui depu-
tat̄ ad vnā parua parrochiā.
¶ **D**e religiosis qui nō pos-
sunt audire cōfessiones sine li-
centia p̄lati sui. *Lap̄m. vii.*
¶ **D**ta q̄ religiosus nō
debet audire cōfessi-
ones etiam illoz qui
hēt licentiā sibi eligendi con-
fessorē quēcūq;: etiā si habe-
rent a papa: sine licētia et au-
toritate sui superioris: qz sine
suo superiori velle et nolle non
hēt. ¶ Datet hoc per simile eē
de elec. c. Si religiosus li. vi.
ad huiusmodi offm̄: vbi dicit̄
q̄ electiōi de se facte nō de-
b

bet nec potest assentire sine licentia superioris sui. S; ubi papa nominatim eligit religiosum ad aliquod officium: presumit noscere persone industria; unde non regitur alterius licentia: siue pro ingressione: siue pro predicatione: siue pro audientia confessionum: siue pro plantatione siue alio quocumque officio. Sed ex hoc quod papa daret alicui licentiam quod posset sibi eligere quemcumque etiam religiosum. pro audiendo confessiones: vel pro predicatione: ex ista tali licentia non debet religiosus audire confessiones: vel predicare sine licentia sui superioris vel prelati vel abbatis. Ar. ad hoc ex de iude. c. q; sit laudabile. Si tamen in dicto casu audiret religiosus sine licentia sui superioris vel prelati teneret absolute ita quod non esset reiteranda talis confessio: quoniam male faceret talis sic audiendo.

De. de pal. vbi. s. q. iiii. ar. iij.

De potestate audiendi confessiones tributa fratribus predicatoribus et minoribus a iure per textum cle. dudum. s. ij. de sepul. quo fieri possit et quo exponitur. Caplm. viii.

Quia tertium cle. dudum s. ij. de sepul. vbi dicitur

Statuimus et ordinamus ut in singulis ciuitatibus et diocesis. in quibus loca fratrum ordinis predicatorum et minorum consistere dignoscuntur: et in ciuitatibus: diocesis: et locis. ipsis vicinis in quibus loca huiusmodi non habent: magister: priores prouinciales ordinis predicatorum: aut eorum vicarii: et generales prouinciales: ministri et custodes minorum: ad presentiam prelatorum eorumdem locorum: se offerant per se vel per fratres quos ad hoc idoneos fore putauerit humiliter petituri: ut fratres qui ad hoc electi fuerint in eorum ciuitatibus et diocesis confessiones suorum subditorum offerri sibi volentium audire libere valeant: et huiusmodi offerentibus prout secundum deum expedire cognouerint penitus imponere salutare: atque eisdem absolutio- nis beneficium impedire de licentia gratia et beneplacito eorumdem.

Deinde prefati magistri: prouinciales et ministri ordinum predicatorum eligere studeant personas idoneas et sufficientes: vita probatas: discretas: modestas: atque peritas ad tam salubre ministerium exequendum: quas sic ab ipsis electas representent: vel

faciāt representari p̄latis : vt de ipsoꝝ licentia: gr̄a ⁊ bñpla cito: in eorūde ciuitatib⁹ ⁊ diocētib⁹ hmōi p̄sone sic electe cōfessiones audiāt sibi cōfiteri volentium: ⁊ iponāt p̄nias salutare ⁊ bñficiū absolutio nis impēdāt p̄ut superi⁹ est exp̄ssuz. Extra ciuitates ⁊ diocēses in q̄bus fuerint deputate: per q̄s cas ⁊ nō per pro uincias volum⁹ deputari: cōfessiones nullaten⁹ audire. Numerus aut̄ p̄sonaz assu mēdaz ad hmōi officiū exer cendū: esse d̄z p̄ut diuersitas cleri ac populi multitudo v̄t paucitas erigit eorūde. ¶ Et si ijdem prelati petitam licen tiam cōfessionum audiendaz ꝓcesserint: illā p̄fati magistri ⁊ alij recipiāt cū gratis acti one. Q̄d si forte dicti prelati quēq̄ ex huiusmōi fratrib⁹ p̄ntatis eisde: ad huiusmodi officiū nollent habere: vel nō ducerēt admittēdū esse : quo amoto vel subtracto loco ip̄sius. similiter eisde. p̄ntādus possit ali⁹ subrogari. Si vero ijde prelati: p̄fatis fratrib⁹ ad ꝓfessiones: vt p̄mittitur audi endas electis hmōi exhibere licentiaz recusauerint. nos ex

nunc ipsis: vt ꝓfessiones sibi ꝓfiteri volētū libere liciteq̄ audire valeāt: ⁊ bñficiū abso lutionis ipēdere gratiose ꝓce dimus de ap̄lice plenitudine potestatis. ¶ Per hmōi aut̄ ꝓcessionē. nequaquā intēdim⁹ personis seu fratrib⁹ ipsis ad id taliter deputatis: potestātē in hoc impēdere ampliorē: q̄ in eo curatis seu parrochiali bus sacerdotib⁹ est a iure cō cessa: nisi forsan eis ecclesiaz prelati: vberiorē in hac parte gratiā sp̄alez ducerēt facien dā. ¶ Petitori. ¶ Pau. ¶ P̄d̄r pe ti bec licētia a prelati eꝝ suū territorii: qz est volūtarie iu risdictionis Custodes. Glo. ¶ P̄d̄r ergo ꝓuētuales quo ad p̄dicatores ⁊ guardia ni quo ad minores : hoc non p̄nt. ¶ Humiliter. ¶ Pau. Si pe tatur ista licētia aspere: nō v̄t satisfactū cōstitutioni: ⁊ iō ite rū esse repetēda p̄pter omis sionē forme. ¶ Adinistri. Glo. ¶ Nota qz de vicarijs p̄ioꝝ ꝓuicialiū ⁊ de custodib⁹: nō repetit de qb⁹ p̄misit. Iꝫ q̄ illi petitionem possint facere: de qua p̄misit: nō tñ electione: de q̄ hic loq̄t. ¶ P̄ntari Glo. Ergo p̄sonal p̄ntatio fieri de

bet. **M**az dicitur pñs: qui prebetur sensibus corporis. **F**acit de peni. di. i. in pñ. **I**dē dicit **P**au. sup verbo representent. **E**rigit **G**lo. **E**t si vero ep̄s p̄tendat cū fratribus dicens: minorē numerū sufficere: recipiat ep̄us numerū. qui sibi videt de religis recurratur ad arbitriū boni viri. i. iudicis. ff. de verbo. obli. p̄tenu? **L**ocesserūt **G**lo. **Q**uā licentiam sine cā reuocare nō p̄nt c. decet. de re. iur. li. vi. **S**ubrogari. glo. **S**i nō recipitur iusta de causa: qz. s. nō est talis qualis supra d̄scribit. sibi imputent qui malū elegerunt: z sic posset oēs recusare. cū nō sint apti sed si sine cā hoc facit: succedit licētia pape. **R**ecusauerint. glo. **S**i non recusat expresse: s; nō dat nec negat. videt qz locum h̄eret hoc priuilegiū post trinā monitiōnē vel requisitionez. per. c. i. ext. de suple. nc. prela. **V**olentiū. glo. **F**orte nō intellexit de religiosis: qui scd; statuta suorū ordinū: prelatis suis p̄fiteri debēt. **L**ibere. glo. **D**enotat qz nō est necesse h̄ere licētia; sacerdotis parrochialis: cuius p̄riū dicit **J**o. mo. s; ei nō statur. **I**mpartiri. glo. **A**b soluti ergo nō habēt necesse vltius p̄fiteri p̄prio sacerdoti. **N**ec obstat. c. ois in p̄ri. de pe. z re. qz illud itelligit de eo qui alteri nō est p̄fessus legitime. **J**o. mo. dicebat p̄riū s; male dixit. **I**dē **P**au. s. qz absq; licētia parrochialis sacerdotis: pōt qz alteri p̄fiteri nec tñ ex hoc sequitur qz sint curati isti: rō est s̄m glo. quia nec ipsi fratres sūt astricti ad executionē: vel exercitiū istorū actū: nec fideles sunt astricti: vt in his ad eos recurrant. **E**t nō nota vt dicit in summa pisana z bñ: qz potest ep̄s acceptare fratres ad audientia; p̄fessionū: z hoc sine solēnitatē p̄dicta presentatio nis. si vult: committendo eis iurisdictionē suā: qz etiā sine isto priuilegio poss; eis dare licentiam audiendi. **D**e effectib; qui sequuntur ex cōmissione audientie p̄fessionis alteri facte. **C**aplm. ix. **A** cōmissione autē alteri facta de audientia p̄fessionū siue p̄dicto modo: siue per aliū modū sequuntur isti effectus: vt dicit **P**au. de pal. in. iij. distin. xvij.

Primus quidem: quia talis commissarius potest audire et absolueret: alteri licentia minime requisita: nec ille qui vult confiteri tenetur petere licentiam a proprio sacerdote: ar. efficac. de procur. c. Is. qui. lib. vi. Nec obstat quod curatus debet cognoscere vultum pecoris sui. Nam vultum exteriorē poterit cognoscere sicut prius: et etiā intueri et corrigere fraterna correctione et paterna admonitione. sicut prius. Et quantum ad exteriorē vultum attinet non minus honeste viuunt: qui confitentur fratribus: quam qui confitentur secularibus curatis. Quātū vero ad interiorē vultū: melius poterūt reddere rationē de confessis fratribus et hominibus: quam de confessis sibi vel suo vicario: quia de interiori vultu parochianorum qui seipsos respuerunt: et sine licentia sui: vicarius pape vel episcopi elegerunt: non habent reddere rationē: quia per eum non stetit quominus eos audiret et instrueret: sed per superiores qui eis coadiutores dedit et per parochianum qui cum elegit. Nec de. de pal. vbi. s. Dicitur Thoma. in. iiii. dist. xviii. q. iiii. ar. iii. q. v. q. si alicui concedatur

potestas a superiori iudice confessiones audiendi parochianorum alicui curati: et hoc non fit illi preiudicium: quia potestas iurisdictionis non est commissā alicui in fauorē sui: sed ad utilitatem primi et populorum et dei honorē. Idem etiā tenet. Jo. an. i. c. si episcopus. de pe. et re. li. vi. in prima glo. Idē etiā tenet Jo. an. in cle. dudum de sepul. ut supra patuit. s. q. non teneat petere licentiam a suo curato qui vult ipsis fratribus confiteri. Idē tenet expresse Idem. vñ glo. Ber. que hoc dicebat: dā nata fuit tanquam falsa per Clementē. iiii. in quoddam privilegio quod incipit. Quidam temere. **S**ecundus effectus huius commissionis sicut dictum est. Idem. est. quod commissarius potest audire contra prohibitiones alterius prelati: in quo est dīa iter superiorē et inferiorē. Nam inferior contra inhibitionē superioris non potest alicui committere sicut nec per seipsos audire cum ita sit quod posset eum suspendere ab audientia confessionum per alium. sicut potest per semetipsum et e converso aut contra inhibitionē inferioris superior potest committere sicut potest audire co

inuito. Similiter si eēnt duo curati de pari: & vterq; insolidum: vnus cōtra inhibitionē alteri⁹. pōt audire & cōmittere: q; par in parē nō hēt imperiū. ¶ Quando ergo inferior prohibet ne subdit⁹ cōfiteatur cuiq; sine sui licētia debet excipere: nisi superior vel ei⁹ vicario: alias temere agit: nisi loqueret talib⁹: qui bene sciunt q; nō intēdit: vel nō pōt prohibere qn cōfiteant tales: superiori suo sicut in religionib⁹: cū prior prohibet ne quis cōfiteat de tali peccato sine licētia sui. Certū est oibus: q; nō intēdit quin possit cōfiteri magro ordini: vel puinciali: vel eorū vicarijs: q; si prohiberet spueremus ei in faciē: & multo magis superior qui nō pōt dare licentiā alteri cōfiteandi: cū sit vicarius hōis q; diu prior viuit: si inhiberet neqs sine sui licētia cōfiteret &c. derideret. S; mortuo vel amoto priore vices eius gerit per cōstitutiones: vñ reputat ordinarius curatus: ergo prohibēs subdito suo: ne alij cōfiteat: d; excipere ep̄m: papā: legatū: summū penitentiariū & archiep̄m du; visitat: & habētes ab eis

potestatem. Ep̄s vero debet excipere oēs p̄dictos: nisi seipsum: & sic glibet excipiat suos superiores a tali prohibitionē. ¶ Tertius effectus hui⁹ cōmissionis est: q; tenet curatus ei eucharistiā ministrare & etiā alia sacramēta ex quo dicit se cōfessus illi qui potuit eū absoluerē. Nec est absurdū q; det eucharistiā illi: cuius tñ cōscientiā ignorat: sed cū eque bona & tuta cōscientiā: immo tutiori: pōt eū cōficare: qui cōfessus est sine sui licētia habēti potestē: sicut illū qui cōfessus est de licētia sua: vel sibi: q; nec etiā vicarius curati reuelat sibi cōfessionē: cū idē curatus dat illi cōfessionē. ¶ Nō equaliter scire d; cōscientiā cōfessi vicario superioris: sicut scit cōscientiā talis cōfessi vicario suo. & debet curat⁹ p̄sumere q; meli⁹ cōfessus est: qui cōfessus est ei quē papa vel ep̄us elegit in confessorē per totum mundū: vel diocesim suam: q; qui cōfessus est illi: quē elegit ipse p̄uidendo de ipso suis subditis: cum ep̄us nō debeat hoc cōmittere nisi viris potētibus opere & sermone vt de offi. ordi. c. inter

cetera. vel etiam quibus ei qui confessus est illi: quem elegit ipse proprio arbitrio de licentia curari generalis: et hoc nisi cum esset excommunicatus vel notorius peccator: nam tunc antequam det eucharistiam: debet ei clare constare de absolutione ab huiusmodi. ¶ Quartus effectus est quod peccata confessi habenti tales commissionem non tenetur iterum confiteri proprio sacerdoti: ut declarat Jo. xxi. in extrava. que incipit Das electionis. ¶ Quintus effectus est quod per hanc commissionem fit iudex qui prius non erat. Cum enim ad absolvendum requiratur potestas ordinis et iurisdictionis: licet ab habente ordinem et iurisdictionem vel iurisdictionem tantum: possit hec audientia committi habenti ordinem: licet non habeat iurisdictionem: puta simplici sacerdoti: ita non curato sicut curato: non tamen e converso. Sacerdos non curatus potest hoc committere: vel curato: vel sacerdoti et ratio diversitatis est: quia non equaliter he due potestates transfunduntur. Habens enim ordinem ex sola commissione non transfert ordinem sed solus ordinatio sacramen-

talis transfert: siue sit iudex siue non. Sed iurisditio ab habente eam ordinarie sola commissione transferretur indifferenter privato qui nullam habebat: et ei qui habebat aliquam: sed non ista respectu ipsius. ¶ Sextus effectus est quod qui audit confessionem non iure suo: perdit potestatem suam: delegante mortuo vel amoto et idem forte est ipso excommunicato vel suspeso: nisi in confessione iam inchoata quae audit ex tunc quasi iure suo: sicut etiam perdit potestatem illo revocante: quia soluitur iudicium: prohibente illo qui iudicare iussit. ¶ Unde sicut episcopo mortuo vel translato: officialis cessat in causis: sic debet cessare penitentiarius in confessionibus audiendis: nisi quod absolvere potest de peccatis iam auditis glo. c. gratum. et c. relatam de off. et po. iudi. de cle. quia mandatum expirat per mortem mandatoris. Similiter si dedit confessoris monialibus expirat potestas: nisi esset rector earum cui ex officio quasi prioratus vel rectorie esset audientia annexa: et tunc esset quasi ordinarius. Videretur tamen quod non similiter ita expiraret prius de

legati delegate excoicatio: vel
suspensio. sic mortuo vel amo-
to. qz in pmo casu retinet de-
legans iurisdictione licet non
vsum: in scdo aut neutru reti-
net. Ad hoc autem qz delegat⁹
vtatur iurisdictione: requiritur qz
delegatus in delegando qdez
beat iurisdictione z vsum ei⁹
qz delegare est vsum iurisditi-
onis. Sed postqz delegavit
no requiritur qz beat vsum: qz
vsum eius nihil facit ergo zc.
Posset tm dici, pbabiliter qz
si eps no existens excoicat⁹:
vel suspensus instituit officiales
vel penitentiariu z postea ex-
coicetur: nihilominus vterqz
pot pcedere in officio suo: qz
vrit vice ei⁹ qui iurisdictione
habet licet no vsuz per se. Si
aut iam erat excoicatus: offi-
cialis nil agit: qz institutio vel
comissio no tenuit. De pe-
nitentiaro vero videt secus:
qz etiam no sacerdos vel no
osecratus qui minus het qz
excoicatus comittere pot: qz
no minus est comissio qz per-
missio: ga iure suo sacerdos
audit oessionem. z mittes
tm est ca sine qua non ppter
parrochiaz distinctione z ec-
clesie phibitione. Quando au

tem comittes morit vel amo-
uetur no est differentia iter co-
missariu in foro penitentiali
aut iudiciali: qz vtriusqz ptas
expirat quatu ad negocia no
incepta. Dec pe. de palu. dis.
xvii. qone. iiii. ar. iij.

Differentia iter fratres pre-
sentatos fm forma cle. dudum
z sacerdotes curatos. cap. x.

Fratres predicatorum
hnt privilegium qz epis
mortuis: qui ipsis su-
am dederunt auctoritate vel
comisserunt pnt vti ea aucto-
ritate. quousqz fuerit psum
ecclesie de pastore. **E**re no-
ta qd per istos effect⁹: no het
comissio effectum. in psonis or-
dinum reprobatoz: de quib⁹
dicitur in. c. i. de reli. do. c. i. li.
vi. Dec. de pal. vbi sup.
Mota vlteri⁹ differentia in-
ter pdictos fratres sic psen-
tatos z curatos. Nam pdicti
fratres ex tali presentati⁹ z
comissione: pnt audire oes
parrochianos omniu curato-
ruz illi⁹ diocesis vbi sunt pre-
sentati: s; no aliaz diocesum
z non pnt hoc comittere ali-
cui. Sed curati: no pnt audi-
re iquantu curati: nisi parro-
chianos suos tantu: alios no.

nisi cū licentia ep̄i vel cura-
 roꝝ eorꝝ: et possunt hoc comit-
 tere alteri. s. audire suos par-
 rochianos. ¶ Nota etiā aliā
 dicitur s̄m Lan. et Fran. zaba.
 in cle. dudū. Nam curati p̄nt
 audire confessiones et eorꝝ vica-
 rij sibi subditorum in diocesi
 sui ep̄i: et etiā ex diocesim: sed
 fratres electi et p̄sentati sc̄dꝫ
 formaz cle. dudū. de sepul. de
 qua supra nō p̄nt audire seu
 absoluerē extra diocesim: vbi
 sunt p̄sentati: et si secus fieret
 quibus p̄fessi possent ex ignorā-
 tia excusari: tñ quo ad ecclesi-
 am nō essent absoluti. S; si
 p̄staret eis: deberēt itē con-
 fiteri eis et infra diocesim ab-
 solui a p̄dictis. S; si sine pre-
 dicta solēnitate comitteretur
 fratribꝫ ab ep̄o vel a curatis
 auctoritas audiēdi p̄fessiones
 simplicit̄: tunc possent etiā ex
 diocesim audire sicut alij vi-
 carij eorūdeꝫ. ¶ De casibus
 ep̄is resuatis: nec curati nec
 dicti fratres p̄ntati: p̄nt absol-
 uere. nisi inq̄tū fuerit a dio-
 cesanis concessum.

¶ De casibus multiplicibus
 ep̄is resuatis. Cap. xi.
 d. De casibus ep̄iscopis
 res. de quibꝫ dicit in

fine cle. dudū varie sunt opi-
 niones doctoꝝ. Aliqui. n. po-
 nūt plures: aliqui pauciores.
 Unde materia ipsoꝝ casuꝫ
 nō est bene clara. Et in sum-
 ma pisana dicit q̄ B̄ndictꝫ
 papa. xi. in exuagā. inter cun-
 ctas declarauit quatuor eē ca-
 sus ep̄ales de iure. ¶ Primꝫ
 s. p̄ctm̄ clericici: per q̄d incurris-
 set irregularitatē. ¶ Secun-
 dus de incēdiarijs. ¶ Tertꝫ
 de peccato: p̄pter q̄d indicē-
 da eēt solēnis p̄nia. ¶ Quar-
 tus de excoꝛicatis maiore ex-
 cōmunicatione. Itē declara-
 uit quinꝫ esse casus ep̄is re-
 seruatos: de approbata p̄sue-
 tudine. ¶ Primꝫ ē peccatū
 homicide volūtarij. ¶ Secū-
 dus est peccatū falsariorum.
 ¶ Tertꝫ est p̄ctm̄ violantiꝫ
 ecclesiasticā libertatē. ¶ Quar-
 tus est peccatū violantiū ec-
 clesiasticā imunitatē. ¶ Qui-
 tus est p̄ctm̄ sortilegoꝝ diui-
 natoꝝ et incantatoꝝ. Quāuis
 autē dicta extrauagāns fuerit
 reuocata per cle. dudū ex de
 sepul. tñ quātū ad dictos ca-
 sus nil innouatū fuit: et si alia
 ibi p̄tēta sint et sic videtur q̄
 adhuc illi remaneāt: et addit
 in pisanelle q̄ p̄nt nihilom i-

nus episcopi in suis episcopa-
tib⁹ casus eis reservare put
videt eis expedire: sic pnt cō-
stitutiones facere: et multoma-
confessori q; dicat: si tu es confessor de hoc vel de illo: nō tenet dare: nec ex hoc qtra euz dēt haberi suspitio de dlicto: q; forte hoc facit ppter vitandū scādālū. ¶ Sed et si daret licentiā: sic licētiatus nō dēt dicere peccatū illud si est commissus. ¶ Itē si pcciperet prelat; alicui confessori q; diceret sibi peccatū alicui; qd est omnino occultū: etiā; si confessor dedisset licentiā illi q; diceret: nō tenet dicere neq; obedire vt reuelet illud: q; platus nō ē iudex occultoz: imo etiā si confessor eēt diffamat; de illo pctō: et per infamiā pueniret illud ad cognitionē iudicis: quāuis ipse confessor interrogat; a iudice siue plato tenetur se manifestare: tñ confessor ei; ēt habita licētia ab eo dicendi: non tenet dicē iudici sibi precipiēti vt dicat si scit: nec debet dicere: q; fori nō sunt cōmiscendi. s. penitēcialis et pcciosus. Sed si confessor scit peccatū alicui; nō solū p confessionē sed etiā per aliū modū. puta q; vidit vel audiuit: per talem et talem modū: pōt dicē q; illud vidit vel audiuit: dū modo nō dicat se scire illud

per confessionez. Nec refert
 utrū prius per confessionez au-
 diuerit: & postea per aliuꝝ mo-
 dum sciuerit: & ecōuerso. In
 quo casu. s. si pri⁹ sciuit pecca-
 tum ante confessionē: nō opꝝ q̄
 protestet se nō recipe illud in
 cōfessione: q̄ sine prestatiōe
 pōt dicere inquātū scit eꝝ cō-
 fessionē: nec tñ debet hoc di-
 cere sine magna cā & rōnabi-
 li. ¶ Itē fm eundē Idē. cum
 confessio nō auferat cōfessori
 ius suuz: nec p̄ferat ei ius no-
 num in alio foro: quicq̄ vide-
 tur cōfessori faciēdū vel omit-
 tendū pro bono ipsius p̄fite-
 tis: vel pro bono cōi: pōt face-
 re vel omittere: dūmodo pro-
 pter hoc nō reuelat confessio-
 ad q̄b solū obligat: licet alias
 illud nō esset facturus. Dñ si
 per confessionē prioris vel alte-
 rius: scit abbas q̄ nō expedit
 priori tenere mōasteriū: & fit
 talis qui alias ad libitū pōt
 amoueri: expectet quousq̄ si-
 ne nota reuelatiōis possit euz
 amouere: & tūc statim amoue-
 at. Cū. n. ex audiētia p̄fessionis
 nō obliget ad aliqd nisi ad ce-
 landū: & si obligaret ad aliqd
 hoc esset ad medendū aie pe-
 nitentis: sicut medicus: absq̄

tamē reuelatione p̄fessionis:
 ex quo aliquē i cura suscipit:
 tenet sibi dare remediū p̄tra
 recidiū. & sic in p̄posito: q̄ ci-
 to potest amouere: amoueat:
 quē ēt sine hoc amouere po-
 terat. Si at talis erat. qui nō
 sine iusta cā amoueri pote-
 rat: cum audiētia cōfessionis
 nullū ius sibi prebeat in alio
 foro in quo nō constat sibi ut
 iudici: amoueri nō pōt. Idē
 Tho. ¶ Itē q̄ prelatus licen-
 tiā intrādi ciuitatē siue vilā
 subdito dare pōt ad libitū vl
 negare: licet alias nō esset ne-
 gaturus: pp̄ periculū quod ex
 sola cōfessione nouit: negare
 pōt: dñz tñ ex hoc suspitio nō
 oriat. In occulto tamē: semp
 monere pōt illū qui cōfessus
 est: q̄ hoc nō est reuelare con-
 fessionem. ¶ Similiter cura-
 tus. pp̄ cōfessionez nō pōt ne-
 gare cōfessionē cōfesso qñ eam
 dare alias tenet: ut in pascha-
 te: alias sic dicēs. Tibi nō te-
 neo: nūc dare & nō obijciēs
 de crimine confesso: non pro-
 pter h̄ dicis reuelare cōfessio-
 nem. ¶ Sed si alicui conque-
 rēti cōtra suū parrochialē sa-
 cerdotez: q̄ nō vult sibi dare
 eucharistiā: ipse sacerdos co-

ra; alijs diceret q̄ hoc facit: qz hēt peccatuz a quo nō pōt absolucere: z ipse non vult ire ad ep̄m: hoc esset reuelare cōfessionē: q̄uis ipse nō intēderet hoc: qz gravitatē pcti exp̄s sit. **Dec** **¶** Pet. d. xxi. q. iij. ar. j. Et idē est cū dicit se audiuis se quēdā nominādo eū: z nō absoluisse. **¶** Similr de ep̄o qui per cōfessionē nouit corruptionē monialis: que petit benedictionē: qz aut ē casus in quo tenetur: z tūc negare nō debet: qz si per cōfessionē eiusdem sibi cōstat tū sibi nō constat vt iudici in illo foro: in q̄ sicut ab ordinario: mōasteriū petit monialib⁹ bñdictionē: z qualibet pro se ipsa. Si autē hoc scit per cōfessionē ei⁹ qui vidit: vel qui eaz corrupit: nō sufficienter cōstat: et si ex cōfessionem dicat: vñ negare non debet. Si autē aliter scit: nō tenet benedictionē impartiri: z p̄t sine reuelatione cōfessionis negare. **¶** Pōt cōfidenti negare sicut nō cōfidenti. **¶** Et qd̄ dictū est de bñdictione monialiu⁹. s. virginū: idē est de benedictione abbatissaz: vbi virginēs cōiter benedicuntur: s̄m quosdā qui dicūt q̄ licet ali-

qua possit eē abbatissa vidua sic **¶** Paula mater Eustachi. Tamen absurdū eis videtur q̄ monialib⁹ bñdictis pōt abbatissa p̄esse carēs illa bñdictione: sic ēt s̄m iura: p̄fessis nō debet nouitia p̄ferri in abbatissam: imo nec p̄fessa rāte nō exp̄sse. de ele. c. indēnitibus. in p̄i. li. vi. Quia tamē qd̄ nō est p̄b̄bitum: cōcessum est: ideo videt q̄ bñdictio abbatissaruz quarūcūqz: non requirat virginitatem magisqz abbatū: cū nō sit ita iure cautuz sicut de bñdictione virginū. **¶** Petrus de pal. d. xxi. Similiter: qz hō hēt liberam electionem: licet per solā cōfessionē sciat aliquē indignuz ad p̄lationē ad quā eligit: quē alias putabat dignuz: nō debet eligere ex cōsciētia sibi sic dicante: qz eligēdo sciēter dignū vel indignū: negociuz geritur inter ip̄m z deū. Unde potest etiā ex his que scit vt deus iudicare: ita z in p̄posito. Sed hoc bñ putarē: q̄ nō pateret penas iuris: puta q̄ esset p̄uat⁹ iure eligendi: z a fructibus per trienniū suspensus: qui eligeret illū quē scit: vt de⁹ indignū: s̄z nescit vt ho

mo: qz de his que scit homo
 vt deus: solum deū hēt vlti-
 rem: nō hoīem: z huiusmodi
 ¶ De. Quāuis aut dimidi-
 ando p̄fessionem nō fit ibi sa-
 cramentum: tenetur tñ sacer-
 dos celare: qz pars est sacra-
 menti. ¶ De. ¶ Qui teneatur
 ad sigillum p̄fessionis. §. viij.
 ¶ Scit ¶ De. de pal. dis.
 d. lxxi. q. vbi supra: qz ad
 celandum p̄fessiones
 tenetur is ad quē p̄fessio per-
 venit licite vel illicite media-
 te: vel imediate. Vñ z non
 sacerdos qui in casu necessi-
 tatis audit p̄fessionē: de mor-
 talibz z venialibus. Itē in-
 terpres: quem pro se penitēs
 adhibet. Itē qui casu audit.
 Itē cui de licētia p̄fidentis
 reuelatur. Item qui se con-
 fesso: ē fingit. Item qui latē-
 ter absconditus p̄fessiones au-
 dit: qd̄ est sacrilegiū: z iniuriā
 facit sacramēto. Itē confes-
 sor ante qz absoluat: z etiā qñ
 nō absoluit tenet celare. Itē
 nota qz cū quis recipit aliqd
 sub sigillo p̄fessionis: qzuis ei
 nō fuerit cōfessus dicēs illud
 tñ d̄: ita secretū tenere: ac si
 hēret in p̄fessione: nō quidez
 ratione sacramēti qd̄ ibi nō

est: sed ratione promissi. si p̄-
 misit illud sic celare. Nec
 fm Tho. d. xxi. q. iij. ar. p̄io. z
 ¶ De. de pal. Dicūt tñ Tho.
 z ¶ De. qz homo nō debet ali-
 quid de facili recipere in con-
 fessione. Addit quoqz ¶ De. d.
 pal. qz qui tradit vt accipit in
 confessione aliqd qd̄ non est
 cōfessio: videtur facere irreue-
 rentiam sacramēto: cū nil sit
 eque celanduz eo qz scitur in
 confessione. Similiter cum
 quis accipit ab aliquo p̄filiū
 recomendans vt illud teneat
 secretū: tenetur ad celandū: z
 frāgens quodlibet istorum si-
 gillorum siue secreti siue con-
 fessionis: peccat mortaliter.
 ¶ Ea tamē que quis recipit
 sub sigillo confessionis z nō
 in confessione: nō plus obli-
 gāt qz si quis iurat tenere se-
 cretum aliquid. ¶ Vnde cuz
 aliquis quando iurat celare
 aliquod malum: quod mani-
 festando (cum alias non pos-
 sit impediri) illud malū aufer-
 tur: vt p̄ditio aliqua z hmōi:
 tenetur manifestare non ob-
 stante iuramento. xxi. q. iij. c.
 Inter cetera. Ita z quod ac-
 cipit sub sigillo confessionis
 z non in confessione.

Ad que se extendat sigillū
confessionis. §. si.

Scit Tho. in. iiii. dis.
d. xxi. q. iij. q. directe nō
se extēdit nisi ad illa
que cadūt sub sacrali cōfessio
ne. Indirecte aut. non solum
se extendit ad ea que audiuit
sub cōfessione vt pctā: sed oia
alia per q. possit peccator vel
peccatus deprehendi: vt si dice
ret q. nō absoluit eū: vel talis
(cuius impedimentū cognouit
per cōfessionē soluz) nō est tali
vxo. Nihilominus alia etiā
que in cōfessione dicūtur non
pertinēt ad cōfessionē: sum
mopere sunt celanda: tuz pp
scandalū: tum ppter pronita
tes que ex cōsuetudine sequitur.
ad dicēduz audita in cōfessio
ne. Tho. vbi. s. ¶ De. de pal.
melius psequitur istā materiā
dicēs: q. directe et principali
ter pctā cōfessa et circūstantie
inquātū huiusmodi: vñ et pso
na tertia cū qua qs cōfiteatur
se peccasse: cadit sub sigillo cō
fessionis: licet quidaz hoc ne
gēt de psona cū qua quis cōfi
tetur se peccasse: qd tñ ipse re
probat. Et qñ per locutionez
de peccatis cōfessis pōt deue
niri per se: vel per accūs: dire

cte vel indirecte: vel per quē
cunqz aliuz modū in aliqua
cognitionē: vel dubitationē:
vel opinationē: vel suspicionē
de confesso: vel inquantū per
hoc pōt ei euenire detrimen
tuz. in anima: siue in corpore:
siue in fama: possessionib⁹: vñ
amicis: vel pōt ppter hoc: scā
daluz in populo generari: vel
cōfessio magis odiosa vel mi
nus dilecta: vel magis onero
sa: vel minus p̄ciosa reputari
d3 cōfessor ab huiusmodi lo
cutionib⁹ abstinere. Et q. ra
ro vel nunqz pōt cōtingē: qñ
ex reuelatione pctōruz in cōf
fessionē scitoz: et nō per aliā vi
am possit sequi aliqd. de p̄di
ctis in cōuenientib⁹ quibus for
te qñqz nullū cōtingat: debet
multū cauere q. nō dicat pec
cata audita in cōfessione: quā
tūcūqz generaliter loquat: vñ
quō dicat. Nec ¶ De. d. xxi. q.
iij. ¶ Et magister Umbert⁹
dicit q. cauenduz est: ne vnqz
dicat qs: in s̄mone vñ alia lo
cutione: ego audiui hūc casuz
in cōfessione: nec vnqz etiā de
bet dicē: q. in illa abbatiā: vñ
castro: vel vilā: vel ciuitate in
quib⁹ audiui cōfessiones: sūt
multa pctā et huiusmodi: qñ

propter hoc credunt simplices
 quod hoc sit reuelare confessiones:
 quibus non reuelat per talia ver-
 ba sed. *De. nisi* ex huiusmodi
 locutione posset peccatum alicu-
 ius deprehendi. *¶ Dicendo autem:*
 iste est mihi confessus sua peccata
 non est reuelare: quia nihil ponit
 in palam: quia si dixerim: quia pec-
 catum non habemus et sic dicendo
 sibi fuisse confessum de ma-
 gnis et multis peccatis: hoc est re-
 uelare confessionem sui. *¶ De.*
¶ Bona autem alicuius opera
 que quis scit ex confessione: puta
 quia est virgo: vel quia nunquam pec-
 cauit mortaliter et huiusmodi:
 licet dicere: nisi quia ex hoc quod vnus
 laudat de huiusmodi: quasi alte-
 rius peccatum reuelat: cum non
 laudat de eodem: quia quod de vno
 dicit de alio negat: *di. xxv. c.*
qualis. Unde si de duobus con-
 fitentibus dicit confessor de vno
 quod est virgo: est statim suspicio
 contra alium: si idem non diceret
 hec. *¶ De. de pal.* *¶ Non* et ma-
 gister *¶ Umberto* dicit: simpli-
 citer abstinendum ab huiusmo-
 di locutionibus: addens et quod con-
 fessor debet caute: ne vnquam per
 aliquod genus peccati: ostendat con-
 fitei minorem familiaritatem: vel
 signum minoris dilectionis.

¶ Alia que dicuntur in confes-
 sione nec peccata nec valentia du-
 cerc in manifestatione: confi-
 tentis: puta: quod in tali terra
 sunt bona vinea: non cadunt
 sub sigillo confessionis.

¶ Quid sciendum quando confessor
 indiget consilio super vno casu.

¶ Nota etiam quod quando confes-
 sor indiget consilio alte-
 rius: nisi habeat licen-
 tiam a confitente de persona ma-
 nifestanda: debet loqui ita ob-
 scure et caute et a remotis: ut
 nullo modo consulens vnquam
 possit imaginari de persona

¶ Non debet considerare personam
 et tempus idoneum. *¶ Nam* si quis au-
 dierit vnum clericum aduenientem:
 si confessor vadat subito ad in-
 terrogandum de aliquo simonia
 et huiusmodi nonne satis proba-
 biliter et quasi violenter habet
 ille suspicari de illo clerico: et
 ideo in huiusmodi magna cau-
 tela est adhibenda. *¶ Quod* si con-
 fessor nesciret vel non posset
 casum exprimere super quo in-
 diget consilio: quin ille consul-
 tor intelligeret personam: et illa
 non vult sciri: debet ire ad ali-
 um pro consilio: quod si alium suf-
 ficiente habere non potest: non
 se intromittat. *¶ Non* *¶ De. de*

Excommunicationes papales

pal. di. xxi. q. iij. dicit si non posset confiteri peccatum proprium nisi dicendo aliquod peccatum: per quod manifestatur confessio alteri: non debet illud confiteri et si esset mortale: quia sufficit tunc contritio cum proposito confitendi: quoniam ipse habebit copiam talis sacerdotis: cui illud peccatum suum confitendo: non manifestetur alteri confessio. Ratio est: quia fortior est obligatio ad cellandum: quam ad confitendum. ¶ Si quis autem reuelat in confessione debita sua et credita sua et huiusmodi verum et quoniam et an sacerdos possit alias reuelare: vide de hac materia plene in tertia parte summe. i. c. de confessione tit. xiiii. §. qui incipit decima.

¶ Explicit tertia pars de bonitate confessoris.

¶ Incipiunt. xxxvi. excommunicationes reseruate sedi apostolicæ tam a iure quam per processum. siue per extrauagantes: et breuiter re-collecte. Deinde sequuntur excommunicationes reseruate episcopis vniuscuiusque diocesis.

¶ In iniuriis manus violentas vel temerarias in clericis vel religiosum vel monialē vel alteram religio-

nam personam: papalis est absolutio si iniuria est enormis. Inius tamen declarationes vide in tertia parte in tit. xv. de excommunicationibus: et xvij. q. iij. c. sigis suadente diabolo in decretis. ¶ De incendiariis ecclesiarum: vel aliorum locorum sacrorum: vel religiosorum: vel cimiteriorum. est papalis excommunicatio postquam sunt denunciati: sed per episcopum potest absolui ante denunciationem de hac vide in. c. conuesti et in. c. tua nos extra de sen. excom. ¶ De effractoribus predictorum locorum sacrorum qui et postquam fuerint denunciati: est absolutio papalis: sed ante denunciationem episcopalis est absolutio extra de sentent. excom. ca. conuesti. ¶ De incendiariis aliorum locorum non sacrorum: de adulteribus aut fornicatoribus. qui tales non sunt excommunicati aliquo iure communi. sed sunt excommunicandi. Si tamen fuerint excommunicati aliquo iure particulari: puta excommunicatione synodali vel constitutione: vel ab homine: et si fuerint denunciati est casus papalis extra de sen. excom. c. tua. ¶ De falsantibus litteras papales: vel falsis scienter utentibus extra de crimine falsi. c. durante. ¶ De apponentibus manum ad corrigē-

dum etiam minimā litterarū: vel punctū minimum in his litteris exceptis his quib⁹ est commissum: est papalis absolutio s̄m Hostiē. per sententiam curie latam. ¶ De hereticis fingentibus nouas heresim vel iam dānatam sequētib⁹. xxiiij. q. i. c. j. r. ij. extra d̄ here. c. ad abolēdū: nunc est casus papalis per extrauagantē. Ad Martini quiti vt patet in processu ipsius annuali vide in prima parte in. c. d̄ hereti. ¶ De scismaticis ⁊ precipue de sequētib⁹ scisma Petri de luna. ⁊ successorum eius ⁊ fautorū ipsi⁹ scismatis: est papalis absolutio per processum curie. ¶ De credentibus: receptorib⁹: defensoribus ⁊ fautoribus hereticorū: est papalis absolutio: ⁊ quō intelligātur ista nomina: vide ti. xv. d̄ excommunicationib⁹ in tertia parte sum. ¶ De cōmittentibus simonias siue pro ordinibus siue p̄ beneficijs: vel p̄ laturis ecclesiasticis: vel pro ingressu i religionē vl̄ pro alijs spūalib⁹: ē absolutio papalis p̄ extrauagantē Ad Martini quiti. Vide de hac i. ij. pte sum. ti. d̄ simonia. ¶ De faciētib⁹

pactū vel p̄missione: vel recipientib⁹ ex pacto vel p̄missione occulta vl̄ manifesta aliqd̄ ēt puū pro aliqua iusticia vel gr̄a pro alio vl̄ pro se i causis iudicialib⁹: seu pro litteris obtinēdis ab apostolica sede: est papalis absolutio p̄ extrauagantē Bonifacij octauī. ¶ De sciēter vītētib⁹ talibus gratijs vel litteris sic obtētis: ē absolutio papalis p̄ extrauagantē Bonifacij. ¶ De piratis ⁊ gubuscūq; alijs in mari depredatib⁹: ē papalis absolutio p̄ processū curie. ¶ De ipediētib⁹: depredatib⁹: vel iuadētib⁹ adducentes victualia seu alia ad vsū romāe curie necessaria: vl̄ ne talia d̄ferant̄ aut adducant̄ ad curiā ⁊ de d̄fendētib⁹ talia faciētes: ē absolutio papalis per processum curie. ¶ De capiētib⁹: detinētib⁹: depredatib⁹ romi petas ⁊ peregrinos ad urbē romā accedētes tā cā deuotionis q̄ p̄grinationis: ⁊ similt̄ i ea morātes ⁊ recedētes ab ip̄a: ē absolutio papalis p̄ processū annualē qui fit i curia. ¶ Et similt̄ ter de dātib⁹ cōsiliū ⁊ fauorē ad talia supradicta faciēduz: est papalis absolutio p̄ proces-

sum. **De** portantibus arma equos et alia necessaria ad impugnandum christianos vel transmittentibus: seu galeas et naues vedentibus: vel in piraticis farraceno: uel nauibus gubernatione exercentibus: vel dantibus auxilium consilium et fauorem in dispendium terre sancte extra de iudeis capitulo ad liberandam et est casus papalis per extrauagantem Clemētis: et per processum curie. **De** portantibus et victualia et alia quecumque mercemonia in Alexandriam vel in alia loca farraceno: uel terre egypti: vel mittentibus ipsa vel de suis portibus: ut eis deferant extrahentibus: vel extra hi permittentibus aut dantibus auxilium et fauorem et est papalis per processum curie. **Nota** tamen sicut veneti in hoc habent licentiam i. ij. p. iij. t. xxv. c. xxx. **De** portantibus predicta: vel aliquo modo predictorum: et ad hoc operantibus ad omnes terras soldano subiectas: est papalis absolutio per extrauagantem Clemē. **De** cunctibus ad terram sanctam et causa deuotionis seu voti sine licentia sedis apostolice: et est absolutio papalis: per ut reperit in libro penitentiarie

summi penitentiarii: qui et ipse hoc potest. **De** insecutoribus cardinalibus hostiliter: et est excoicatio papalis: per c. felicis de penis li. vi. **De** baniētibus episcopos: vel capiētibus. et insecutoribus: vel hoc fieri mandatis aut facta ab alijs rata habitibus: vel in his dantibus consilium: et fauorem vel scienter tales defendentibus est papalis absolutio: per c. si quis: de penis i. cle. **De** exēterantibus: vel in frustra cōcidētibus: seu decoquere vel incidere: aut ossa de carnibus euellere presumētib⁹ cuiuscūq; defuncti: ut eius ossa ad partes alias deferantur: est papalis absolutio: per extrauagantem Bonifacii. **De** occupantibus vel detinentibus: vel hostiliter discurrentibus per se vel per alium directe vel indirecte sub quocumque titulo vel colore ciuitates: terras: loca: vel iura ad romanam ecclesiam pertinentia: et adherentibus: fautoribus ac defensoribus eorum: est absolutio papalis per processum curie. **De** his qui occasione sentēte excoicationis: suspensionis vel interdictionis late: dant licentiam eos grauandi: qui eam tulerunt vel suos imper

sonis: rebus: vel bonis illorum
 quorum occasione late sunt: vel
 qui eos obseruat vel qui tali
 ter excoicatis coicare volunt
 nisi licentiam ipsam integre re
 uocet. ¶ Similiter qui dicta
 licentia vti fuerint vel et sine
 licentia hoc fecerint suo motu
 excoicatione incurrunt in qua
 si permanserint per duos me
 ses: est papalis absolutio. Vi
 de de hac in capitulo de do
 minis in scda parte tertie ti.
 xv.c. xliij. ¶ De his qui co
 gunt aliquem celebrare in loco
 interdicto: vel ad audiendum di
 uina conuocant excoicatos: vel
 interdictos: vel prohibent eis
 ne moniti exeant: et de his qui
 moniti non exeunt cle. c. grauis
 de snia excom. ¶ De his qui
 imponunt in terris suis noua
 pedagia vel augent antiqua: et
 est excoicatio papalis per p
 cessum curie. ¶ De laicis re
 cipientibus in romana curia lit
 teras domini pape de manu ali
 cuius: nisi de manu domini pape
 vel bullatorum: vel nuncij non
 recipientes de manu predicto
 rum incidunt in eandem.

¶ Excommunicationes pa
 pales concernentes religio
 sos religiosasque.

¶ De clericis et religio
 sis inducentibus ad vo
 uendum: iurandum: vel
 promittendum de eligendo apud
 eos sepulturam: vel ut eas ulte
 rius non mutent iam electam: ex
 coicatio est papalis per
 cle. cupientes de pe. ¶ De reli
 giosis qui absque speciali licen
 tia proprii sacerdotis solenniza
 rent matrimonia aut ministra
 rent sacramentum eucharistie: vel ex
 treme unctionis: est excoica
 tio papalis ex de priuile. reli
 giosorum in cle. ¶ De religiosis
 qui excoicatos a canone ab
 soluunt a casibus non necessis:
 aut qui absoluunt a sententiis
 per statuta synodalia vel pro
 uincialia promulgata: aut ab
 soluunt a pena et a culpa: est ex
 coicatio papalis. per cle.
 i. de priuile. ¶ De inquisitoribus
 hereticorum: qui odio: gratia: vel
 lucro: et amore contra iustitiam et
 conscientiam omiserint contra quem
 ipsam procedere: vel ipsam here
 sim alicui imponerent: quod impedi
 rent officium suum: est excoicatio
 papalis: per cle. multorum de
 here. ¶ De medicantibus pro
 fessis qui transeunt ad aliquam
 religionem monachalem excepto
 ordine cartusienium et recipi

Excommunicationes episcopales

entibus tales scienter: est excommunicationis papalis per constitutionem Adartini factam Constitutione. De clericis scienter et sponte concantibus excommunicationis a papa in divinis: est excommunicationis papalis secundum Hostien. Ista excommunicationis non habet dubium: est de sen. excom. c. significasti. De participantibus in crimine propter quod aliquis est excommunicatus aliqua predictarum excommunicationum: est excommunicationis papalis: per. c. si concubine est de sen. excom. De his qui absoluuntur ab aliqua predictarum excommunicationum extra sedem apostolicam: preterquam in articulo mortis: qui taliter absoluuntur si non representant se quam citius possunt ei a quo potest absolvi: vel mittant pro absolutioe: reincident in eadem. scilicet papalem excommunicationem: per. c. eos de sen. excom. li. vi.

Excommunicationes episcopales ex iure reseruate.

Verberantibus clericos: religiosos vel moniales: seu talibus manus violentas iniicientibus seu temerariis: est episcopalis excommunicationis: si fiat levis iniuria talibus: per. c. peruenit est de sen.

excom. De his qui in initium ordinationibus seu alienationibus a scismaticis factis est episcopalis per. c. est de scisma. De his qui usurpant de nouo vacantium ecclesiarum: monasteriorum vel aliorum piorum locorum custodiam: seu guardiam: titulum aduocationis: seu defensionis que proprie sunt nomine patronatus: vel ipsorum locorum vacantium bona occupant: vel regalia. id est collectam que fit ratione regis vel imperatorum: seu tributum regi debitum: ut. c. generali. de elec. li. vi. De clericis vel monachis ipsorum locorum vacantium qui hoc fieri procurant: et hec excommunicatio cum priori habetur: excommunicatio est episcopalis: per. c. generali. de ele. in. vi. De his qui ab ecclesiis et vel personis ecclesiasticis per se vel per alium suo nomine vel alieno pro personis vel rebus quas non causa negotiationis deferunt vel deferri faciunt seu transmittunt: exigunt aliquod pedagiū vel guidagiū: est excommunicatio episcopalis: per. c. quibus de censi. li. vi. De his qui fecerunt statuta contra libertatem ecclesie: et qui scripserunt ea qui sunt potestates: consules: rectores et officarij locorum

ubi dicta statuta seu etiā consuetudines edite sunt vel frange et qui seruare ea fecerint: et si ea iudicauerit: et vel qui in publicā formā redegerint iudicata: est excommunicatio episcopalis: per. c. nouerit. et de sen. excō.
¶ De rectoribus ciuitatū facientibus exactiones indebitas clericis: religiosis: vel ecclesijs eorum: si postquam fuerint moniti nō desistat: est episcopalis excommunicatio: per. c. nō min⁹ extra de imu. eccle. et c. aduersus psules.
¶ De his qui ab solutionē ab aliqua excommunicatione: vel reuocatione eius suspensionis vel interdictionis extorquēt per viam vel per metū: neque ualeat absolutio: sed incurrit nouam excommunicationē: est episcopalis excommunicatio per. c. i. de his que vi metu siue cā fiūt. li. vi.
¶ De his qui per assassinos i. quosdā infideles qui ex falsis suis opinionibus de facili mittebant ad occidendū christianos et qui interfici fecerint: vel mādauerint aliquē christiānū: etiā si mors nō fuerit subsequuta: et de receptatoribus et defensoribus et occultoribus eorum: est excommunicatio episcopalis per. c. p. buani de homici. li. vi.
¶ De

potestatibus: capitaneis: rectoribus: psulibus: iudicibus: consiliarijs: et alijs officialibus que statuta faciūt: scribunt vel dictant: per que que cōpellat soluere usuras vel solutas non repetere: est episcopalis excommunicatio i. de. ex graui. de usuris.
¶ De his qui occasione sine excommunicationis vel interdictionis late dant licentiā grauandi illos qui tulcrūt eas: vel suos in personis vel rebus.
¶ Dicitur casus est episcopalis usque ad duos menses ab incurfione sententie: ab inde uero est papalis excommunicatio: per. c. quicumque de sen. excō. li. vi.
¶ De his qui iudicāt secundum statuta edita in fauorē usurariorum: et qui habent super hoc potestatem: nisi statuta ipsa deleuerint. aut si ea pmisserint obseruari et de usuris. c. Ex graui in clemētinis.
¶ Dicitur illi qui faciūt capitula cum iudeis: ut domini in communitates et cōtinentia que possint seruari: et que non possint repeti in iudicio usure extorere ab eis et huiusmodi: uidentur incidere in hanc excommunicationem: et domini qui ea faciunt et ciues qui psulūt: in de. c. ex gra

ni. de usuris. ¶ De his qui cōcedunt represalias cōtra p̄sonas ecclesiasticas specialiter aut generaliter: est ep̄alis ex-cōmunicatio per. c. Et si p̄ignoratōes: de in iuris 7 dā. da. li. vi. ¶ De rectorib⁹ secularibus: vel quibuscūq; offici alibus eorū: qui cognoscerent de crimine heresis: aut captos liberarēt: vel diocesanorū vel inquisitorū officiū impedirēt: est ep̄alis per. c. De inquisitio-nis: de here. li. vi. ¶ De his q̄ sciēter p̄bunt matrimonia in casibus nō cōcessis 7 p̄hibi-tis p̄sanguinitatis 7 affinita-tis: 7 de p̄bentibus cū moni-alibus: est ep̄alis: vt in de. c. eos de p̄san. 7 affi. ¶ De do-minis tēporalib⁹ qui subditis interdiciūt: ne prelati vel p̄so-nis ecclesiasticis quicquā vēdant. vel emanent ab eis: bladū molant panē coquāt: 7 h̄mōi obsequia exhibere p̄sumant: est ep̄alis excōicatio: per ca. eos de imu. eccle. li. vi. ¶ De his qui impediūt quin corā iudicib⁹ ecclesiasticis vel lega-tis: vel ordinariis: in causis q̄ ad eos pertinet. illi qui p̄que-runtur: iustitiā possint obtine-re: excōicatio est ep̄alis per. c.

quoniaz de imu. eccle. li. vi. ¶ De his qui cōpellunt im-peratores litterarū apostoli-carū: vel alios recurrentes ad forū ecclesiasticum in causis: que de iure: vel antiqua p̄sue-tudine ad ipsum pertinent: v̄l ad desistendū vel litigandū de eis i foro suo seculari: gra-nādo iudices ecclesiasticos: vel impetrātes seu litigātes: seu volentes corā eis litigare: vel grauādo p̄p̄inquos eorū: vel capiētes res vel ecclesias ta-lijum: vel quocunq; alio mo-do vt in dicto. c. qm̄ est ep̄alis 7 similit̄ de dantib⁹ cōsiliū. 7 fauorē: 7 auxiliū ad oia predi-cta in duob⁹ paraphis p̄cedē-tibus. ¶ De his qui prelatos capitula: seu alias p̄sonas ec-clesiasticas cōpellunt ad sub-mittēdū laicis: vel ad alienā-dū bona immobilia seu iura ecclesiarū: 7 similiter laici qui usurpant sibi illicite h̄mōi: et si nō distiterint postq̄ fuerit admoniti: est ep̄alis ex-cōmu-nicatio per. c. hoc p̄sultissimo de re. eccl. nō alie. li. vi. ¶ De his qui fingūt fraudulēter ali-quem casum per quē aliquis iudex mittat ad aliquā mulie-rē pro testimonio: est excōica-

tio episcopalis per. c. mulieres de
 iudi. li. vi. ¶ De his qui vocā
 tur ad dirigendas moniales
 in electionib⁹: nisi abstineant
 ab his per que possit discor-
 dia nutrirī: est excoicatio epā
 lis: per. c. indēnatibus d̄ elec.
 li. vi. ¶ De his qui grauāt cle-
 ricos vel alias psonas eccle-
 siasticas ad q̄s spectat aliqua
 electio: p̄ eo q̄ rogati seu ali-
 as inducti: eū pro quo roga-
 bant seu inducebant noluerūt
 eligere: vel sanguineos eorū
 aut ipas ecclesias seu loca be-
 neficijs seu alijs bonis spoli-
 ando: seu alias iniuste perse-
 quēdo. c. sciāt: de elec. in. vi. et
 est epālis excommunicatio.
 ¶ De his qui loquūtur secre-
 te: vel mittunt scripturas vel
 nuncium alicui cardinali quā
 sunt reclusi occasione electio-
 nis pape: est epālis excoica-
 tio per. c. vbi periculum eēt de
 ele. li. vi. ¶ De dominis ⁊ re-
 ctorib⁹ ⁊ officialib⁹: qui imi-
 nente dicta electione nō ser-
 uant ipsaz cōstitutionē: per. c.
 vbi periculum. ¶ De his qui
 procurāt q̄ cōseruatores dati
 eis itromittāt de his que nō
 licent. i. de alijs q̄ de manife-
 stis iniurijs ⁊ violētijis: est ex

cōmunicatio epālis: per. c. sta-
 tuim⁹ de offi. dele. li. vi. ¶ De
 dominis: rectorib⁹ ad regimē
 vrbis rome ⁊ electis et fauto-
 ribus: qui fecerint cōtra cōsti-
 tutionē sup hoc factā: est epā
 lis excoicatio per. c. fundamē-
 ta: de elec. li. vi. ¶ De electis
 magistris: doctorib⁹: vel sco-
 laribus tractantib⁹ cū aliquo
 cine Bononiēsi de cōducēdo
 hospitium irrequisitis inglinis
 nisi tēpus cōductionis fuerit
 elapsus: est epālis excoicatio:
 per. c. ex rescripto: eēt de loca-
 to. ¶ De doctorib⁹ seu magi-
 stris qui sciēter illos religio-
 sos qui dimiserūt habitū do-
 cent litteras. s. legē vel physi-
 cas: est excoicatio epālis: per
 c. vt periculosa. ne. cle. vlt̄ mo.
 li. vi. ¶ De dominis vlt̄ rector
 ribus tēporalibus qui nō fe-
 cerint obfuarī ea que statuū-
 tur cōtra i secutores cardina-
 lium seu alicui⁹ de familia eo-
 rum vel pape: est excoicatio
 epālis per. c. felicis. de pc. lib.
 vi. ¶ De his qui impediunt vi-
 sitatores monialium vel cano-
 nicorū: si moniti nō desistant
 est epālis excoicatio per. cle.
 attēdētes de statu mo. ¶ De
 impugnātibus litteras pape

Excommunicationes episcopales

ante in coronationem eius: et est benedicti pape. xi. **¶** De quibusdam mulieribus que beghine dicuntur et de religiosis fauoribus eis in illo statu: et erant iste certum habitum assumentes nulli obedientiam promittentes nec renunciantes propriis nec regulas habentes: licet quibusdam religiosis spiritualiter inhereant: de her. c. ad nostrum in cle. **¶** Nec intelliguntur sub hoc nomine ille que etiam beghine vel vestite dicuntur de penitentia beati Dominici: ut patet in declaratione. Jo. xxij. et idem dicitur de tertio ordine beati Francisci: immo ex illa cle. videntur dici beghine: ille excommunicate que habent illos errores sibi positos: qui cum sapiant heresis est hodie forte casus papalis et est contra tales beghinas. **¶** De his qui absoluti ab excommunicatione in articulo mortis: vel propter aliud impedimentum non presentant se quibus citari commode possunt ei a quo debeant absolui: quia reincident in eandem: de sen. excō. li. vi. c. eos qui a sententia. **¶** De participatibus cuius excommunicato in crimine propter quod est excommunicatus: dādo ei consilium et fauorem. c. si concubine

extra de sen. excō. **¶** De his qui absoluuntur a sede apostolica vel legatis et iniungitur eis quod se representent ordinariis vel alijs suscepturi penam et passis iniuriam seu alias obligati eis quibus sciēter satisfaciāt: si hoc non faciūt cum primū commode potuerūt: vel non curauerint adimplere reiciuntur in eandem sententiam: ut patet in di. c. eos. **¶** De his qui presumptimose asserunt romanam ecclesiam non esse caput omnium ecclesiarum nec ei tanquam capiti esse obediendum di. xix. c. nulli fas. **¶** De his qui sepeliunt corpora in cimiterijs tunc interdicti in casibus non concessis in iure. in cle. c. eos de sepul. **¶** De his qui excommunicatos publice: aut nominatim interdictos. vel usurarios manifestos sciēter sepeliunt in cimiterijs in die sepul. dicta cle. c. i. eos q. **¶** De clericis qui manifestis usurarijs ad exercendum fenus domos locant. vel alio titulo procedunt: est excommunicatio episcopalis: p. c. usurar. de usu. li. vi. **¶** De eo qui non est electus a duabus partibus cardinalium et se gerit pro papa. c. l3 ex de cle. **¶** De monachis et canonicis regularibus: archidiaconis: deca-

nis: prepositis: plebanis: cano-
nicis: et alijs clericis persona-
rum habentibus: aut etiā qui-
buscūq; p̄byteris qui audi-
unt leges vel p̄physicā: est ep̄a-
lis excoīcatio: per. c. non ma-
gnopere extra ne. cle. vel mo.
¶ De religiosis qui temera-
rie ubicūq; habitū sue religi-
onis dimittūt: excoīcatio est
ep̄alis: per. c. vt periculosa: ne
cle. vel mo. li. vi. ¶ De religio-
sis qui accedūt ad studia nisi
a suo prelato cū cōsilio maio-
ris partis cōtētus licētia sibi
sit cōcessa. in di. c. vt periculo-
sa lib. vi. ¶ De religiosis qui
decimas debitas ecclesijs si-
bi appropriāt vel vsurpant: si-
ue qui nō permittūt solui ec-
clesijs decimas de aialibus fa-
miliarium: et pastoz suoz: vel
alioz immiscentiū ip̄a aialia
gregibus eoz: tales si nō hnt
administratiōes et beneficia
sunt excoīcati: si hnt sunt sus-
pēsi nisi restituti destiterint in-
fra mensem. in cle. c. religiosi:
de deci. Et est ep̄alis excoīca-
tio. ¶ De monachis et cano-
nicis regularibus nō habentibus
aliquā administratiōem: qui
se cōferūt ad curias principuz
sine licētia suoz prelatoz: vt

dānū aliqd inferāt suis pla-
tis aut monasterijs: et qui si-
ne licētia arma tenēt infra se-
pta monasterij: est ep̄alis ex-
coīcatio per cle. c. ne in agro
de sta. mo. ¶ De religiosis vs-
monialibus p̄fessis et cle. i. sacra-
ordinibus cōstitutis: qui cō-
trahunt matrimoniū: de facto ē excoī-
catio ep̄alis cle. eos de cōsan.
et asti. ¶ De inquisitoribus hereti-
coz qui p̄textu officij inquisi-
tionis quibusuis modis illicitē
pecuniā extorquēt, vel sciē-
ter bona ecclesiaz ob delicta
clericozuz fisco ecclesie appli-
cant nec p̄nt absolui nisi qui-
bus extorserint plene satisfā-
cerint de pecūia sic extorta ē
episcopalis excommunicatio
in cle. cap. nolentes de here.
¶ De religiosis qui non ser-
uant interdictum quod fuit
matris ecclesie siue cathedra-
lis: vt in cle. c. ex frequētibz
de sen. excom. ¶ De religio-
sis qui cōsuetudinibus sibi nō fa-
ciūt cōscientiā sciēter de deci-
mis soluēdis: tales ab officio
predicationis sunt suspēsi: do-
nec commode possint: faciāt
eis cōscientiā: et si interim pre-
dicāt: sunt excoīcati ep̄a-
li excoīcatoriōe: et similiter

Excommunicationes episcopales

De religiosis qui dicunt aliq̄
verba vt retrahant audiētes
a solutione decimarū: est ep̄a
lis excoīcatio: per cle. c. cupiē
tes de penis. ¶ De religiosis
mendicantibus qui domos
ad habitandum vel loca de
nouo recipiunt aut de nouo
recepta mutant: vel alienant
c. i. de excō. p̄la. libz. vi. ¶ De
fratrib⁹ minoribus qui tēpo
re interdicti: recipiūt ad diui
na. fratres vel sorores de ter
tio ordine sancti Fr̄cis: est
episcopalis excoīcatio. c. cum
ex eo: de sen. excō. i. cle. ¶ In
grediētes monasteria monia
liuz ordinis predicatorū ex ca
sus necessarios qui declarāt
in p̄stitutionib⁹ suis: puta ad
dandū sacramēta infirmis. ad
medendū eis. ad reparanduz
edificia: et h̄mōi: nō habita li
centia a papa vel a magistro
ordinis: sūt excoīcati: nec pos
sunt absolui nisi a papa vel a
magistro ordinis vel ab alio
cui fuerit p̄cessa talis absolu
tio: vt patet in bulla ipsi⁹ ordi
nis: cuius bulle trāsumptum
vidi ego. ¶ Ingrediētes mo
nasteria monialiū ordiis mi
noꝝ ex casus necessarios cō
cessos in p̄stitutionib⁹ suis si

ne licentia pape vel ministri
ordinis: excoīcationē diocefa
nis reseruatam incurrūt. put
andiui a q̄busdaz fide dignis.
¶ Nota q̄ ab excoīcationi
bus que fiūt ab hoīe siue a iu
dice: regulariter nō pōt quis
absolui nisi a suo excoīcatore
vel ab h̄nte plenariā iurisditi
onem sup eum a supiori suo:
nisi in articulo mortis. ¶ Itē
nota q̄ fratres p̄dicatores et
volētes ingredi eoz religionē:
pōt absolui a p̄latis ipsius or
dinis: a sentētijs excoīcatio
nis: suspētionis et iterdicti la
tis ab hoīe vel a iure: saltē ab
illis quoz absolutio reseruat
ep̄o. ¶ De materia oīum su
p̄dictarū excoīcationū tam
pōtifici summo q̄ ep̄is vni
uscuiusqz dioecesis reseruatay:
tam a iure q̄ per extrauagā
tes et p̄cessus curie: vide ple
ni⁹ et clari⁹ ac diffusius si vis
videre in titulo. xxv. de censu
ris ecclesiasticis in tertia pte
summe: siue cōpilate per me
fratres Antoninū archiep̄m
florētinz. Et sic est finis om
nium casuū taz summo pon
tifici q̄ ep̄is reseruatorum.
¶ Itē notanduz q̄ sunt due
species excoīcationis. s. maio

ris & minoris. Excommunicatio maior sp est peccatū mortale: & talis primo est separatus a deo ideo nō pōt cōicere pro aliqua vtilitate aie sue. Secūdo est separat⁹ a sancta ecclesia. i. a cōione & p̄icipatione fīdeliū exceptis his casibus qui. s̄. in. iij. parte summe ti. xv. specificati sunt. Et sunt quinque in quibus ipse excoicatus nō p̄t participare qui t̄inent in hoc versu. **E** pro delictis anathema q̄s efficiat. **D** s̄ orare vale communicatio mensa negat. **Q**ui sic intelligunt. **D** s̄. i. locutio. **O** rare. i. oratio cū alijs in ecclesia. **C**ōmunicatio. i. cōmunicatio sacramentorū. **V**ale. i. saluatio. **A** dēsa. i. cibus & potus. **E** xcoicatio vero minor: aliquādo ē mortale peccatū aliquā veniale. Sed anteq̄ dicatur q̄n fit mortale vel veniale: nota prius q̄ nouē modis homo pōt incurrere excoicationē minorem. **P**rimo q̄n quis participat cū excoicato excoicatione maiori aliquo illoz modorū superius dictorū. **S**ecundo q̄n quis cōmittit sacrilegiū: sicut qui furat in ecclesia: vel in ea illicitū q̄ fact.

Tertio q̄n q̄s est publicus cōcubinaris vel fornicator. **Q**uarto q̄n quis acceptat aliquā ecclesiā a laico & illaz sic tenet vt. xvj. q. vij. c. **S**igs deinceps. **Q**uinto q̄n quis est simoniacus qui est et excoicatus excoicatione maiori. **S**exto fm quosdā cū in bello iniusto tra christianos exercet q̄s artes balistarū aut sagittarū. **S**eptio opp̄sores inopū: & pauperū: publici p̄dones: publici vsurarij: meretrices: q̄ oēs largo mō loq̄ndo p̄nt dici excoicati pro quāto taliū oblatiōes nō debēt admitti ad altare sanctum dñi. **O**ctauo illoz quib⁹ denegatur ecclesiastica sepultura: sicut sunt illi qui moriunt in torneamentis: qui dato q̄ penitētes moriant nō ponūtur in cimiterio. Similiter et dicitur de illis qui non cōicant semel in āno sine necessitate & cā: vt. c. ois. d̄ pe. & re. **M**ono oēs publici pctōres. **O**ēs autē casus supradictos ponit Inno. Ray. & hosti. & in quilibet predictorū casuū p̄t absolueri simplex sacerdos ep̄us preter q̄s forte in simonia & excoicatione maiori. **I**n pri

Excommunicationes episcopales

mo ergo casu. scilicet in participati-
one cum excommunicatis maiori ex-
communicatione potest homo peccare
mortaliter et venialiter. Ador-
taliter tripliciter. **¶** Primum quoniam
participat in eodem crimine pro-
pter quod ipse est excommunicatus: da-
do consilium: auxiliium et fauore ra-
tione cuius peccatus committit.
¶ Secundo quoniam participat cum ex-
communicato in aliquo alio crimine
mortalis ab illo propter quod ipse est
excommunicatus. Sed in primo casu
non quod participas cum excommu-
nicato in eodem crimine: ut dictum
est: incurrit excommunicationem maio-
rem. sed in secundo modo cadit tan-
tum in maiorem excommunicationem et si
mortaliter peccat. **¶** Tertio
quoniam communicaret cum excommu-
nicato maiori excommunicatione in sa-
cramentis: puta accipere corpus
christi cum eo vel sacros ordines:
incurrit excommunicationem mino-
rem. peccat tamen mortaliter. In
alijs autem casibus supradictis: non
peccat quod participando cum excom-
municatis. nisi pro quanto aliquis
in contemptu precepti: et prohibito-
nis facte audacter cum excommu-
nicato et ad libitum querere aut in-
salutando vel in comedendo: aut
in loquendo sine necessitate:
aut in orando vel comendo. **¶** Sed

nota quod sacerdos recipiens ali-
quam excommunicationem maiorem excom-
municatione ad officium ecclesie: aut
ad sacra: aut ad ecclesiasticas
sepulturam non solum mortaliter
peccat: sed subito est suspensus
ab administratione et sibi est in-
terdictus introitus ecclesie quo-
usque sit absolutus: et efficitur
quasi irregularis. Et si taliter
interdictus moriatur non debet
poni in cimiterio: nec debet
propter timorem sacerdos desistere
quoniam tale excommunicatum expellat de
ecclesia: quia non excusat: ratione ti-
moris: nisi talis esset timor quod
posset cadere in constantem vir-
tutem. nisi in quosdam excusatur
ab interdicto. **¶** Adoli. autem di-
cit quod beatus erit talis sacer-
dos si se preparat ad martyri-
um. **¶** Nota igitur quomodo habuisti
quod in novem casibus homo cadit
in excommunicationem minorem
ratione cuius separatus est ab
effectu sacramentorum et quantum
ad deum. Nam peccatum morta-
le animam separat a deo: et ex-
communicatus quocumque est in pec-
cato mortali: preterquam participan-
do cum excommunicato maiori excom-
municatione in loquendo salu-
tando: et orando comendo: et co-
medendo in quibus casibus

S̄m Tho. in. iiii. disti. xviii. q. ij. ar. iiii. hō nō peccat mortaliter nisi pp̄ contemptum dato q̄ excoicationē icurrat: iō qui est i peccato mortali quō cunqz aliter est excoicatus: et quātuz ad ecclesiā est separatus ab effectu. i. a gratia et sacramētis: qz nullus qui est in peccato mortali: euz sit in dispositus pōt n̄sequi gratiam spiritus sancti. ¶ Potest tamē intrare ecclesiā stare in officio diuino: et etiā cū alijs in alijs p̄cipare: s̄z nō p̄t pacē in ecclesia recipere: cū par ipsa sit loco cōionis sed hec oia plenius habent i decretis: et decretalibz et i sūmis: iō cū expedir videt̄ q̄re diligēt̄ i t̄p̄is. ¶ Postq̄ ille qui vult cōfiteri dixit ex se ea que voluit de peccatis suis: si nō dixit sufficēter: qd̄ quasi sp̄ accidit: interrogandus est plene de his que nō dixit put videbit̄ fore expediēs. Si vero modicū vel minus dixit: potes interrogare s̄m ordinē infra positū: videlicet primo de decē p̄ceptis: postea de vicijs capitalibz: nō s̄t oēs de omnibz: sed de illis que solēt in talibz reperiri: et nō solū i istis pec

catis interrogādi sunt: sed et d̄ oibz circūstātijs peccatorz put supra satis ostēsum est. Mō tū ē necesse d̄ qlibet peccato mortali oēs circūstātijs p̄dictas n̄firer s̄z solū illas. q̄ trabūt peccatū i aliā speciē q̄ s̄. hēt specialē deformitatē oppositā alicui p̄ceptoz. Sed et de numero peccatorū mortaliū. s̄. quotiēs mortale peccatum commissum est in qualibet peccatorum specie: diligēter interrogandum est.

¶ Incipit prima pars d̄ modo interrogādi penitentes a confessore secundum decem p̄cepta legis.

¶ Primū p̄ceptum continet tria capitula.

¶ Unū cole deuz. Circa hoc primū p̄ceptū sic potes interrogare: et primo de votis.

¶ De votis primū capitulū.

¶ Nota s̄m magistrum Iniarū in. iiii. di. xvij.

q̄ votū est testificatio q̄da; p̄missionis sp̄otaneē q̄ fit deo: et de his q̄ dei sunt: et fieri d̄z. Vel breui⁹ s̄z Tho. 2a 2e. q. lxxviii. ar. i. Votum ē p̄missio deo scā de aliq̄ qd̄ fit deo acceptū ad qd̄ redeūtr̄ tria. s̄. deliberatio volūtatis:

propositum: & promissio. **V**l
 timū oritur ex scōdo fm ex pri
 mo. **E**t Si trāsgressus est seu
 omisit implere aliqđ vorū li
 citū: & si aduertēter cū posset
 est semper mortale: & totiens
 quotiēs frangit. Secus si ex
 obliuione: vel qz nō poterat:
 vt ifirmus ieiunare & hmōi.
Et Si vouit se aliqd mali fa
 cturū vt vindictā: vel maioris
 boni impeditiū: vt nō ingre
 di religionē: hoc est mortale:
 & sine aliquā dispēlatione dī
 illud infringere. **E**t Si nimis
 tardauit iplere ppter quod a
 memoria excidit oīno: vel ve
 nit ad statū non valendi iple
 re. cū prius potuisset mortale
 videf. Idē qñ dimisit pposi
 tuz implendi cū tñ posset: ali
 as mora implendi votuz qñ
 sibi nō p̄fuit t̄pus non videf
 mortale: nisi mora eēt valde
 nimia: & nisi ex hoc ei imine
 ret periculū non valendi iple
 re: vt de voto ingrediēdi reli
 gionē: cū tñ nō haberet cau
 sam legitimā. cogentē dilati
 onis: tūc eēt est mortale. **E**t Si
 fecit votum de re licita: vt de
 elemosina: ieiunio & hmōi: s;
 ob maluz finē: puta vt possit
 facere vindictā: adulterium &
 huiusmodi: mortale pctm̄ est
 nec tenet illud implere. **E**t Si
 fecit votuz abstinentie & hmōi
 & dubitat vtrū possit implere
 vel nō: & sine dispēlatione vl
 cōmutatione superioris cū pos
 sit faciliter recurrere ad eum
 vel ad p̄fessore suū pro d̄filiō
 frangit: mortale videf. **M**o
 ta tñ qz viri pnt i. ritare vota
 vroz. i. abstinentie: p̄grinatio
 nis: elemosine: & accessus ad
 talem locū: & maxime votuz
 elemosinarū si nō hnt nisi do
 rez: absq; alia superiorū dispē
 satione: & si fiat talis irritatio
 etia; sine cā rōnabili a viro:
 animodo nō tenet vroz iple
 re talia vota. **D**ubiū est de
 voto hierosolimitano: qz hoc
 in fauorē fidei emittit. **D**e
 irritatione votozū impuberū
 & filioz familias & religiosoz
 vide in scōda parte summe ti
 t. c. ij. §. vi. **E**t Si habēs votū
 castitatis vel religionē intrā
 di: & matrimoniū p̄xit morta
 le est & nō pōt p̄sumare illud
 absq; mortali pctō: qz adhuc
 pōt illud iplere. & dēt ante cō
 sumationē m̄rimonij. **P**ost
 p̄sumationē vero reddere te
 netur debituz eēt interpretatiue
 petenti. **S**ed exigēdo sp̄ pec

eat mortaliter. Vnde cōsulē
dum esset ei petere super hoc
dispensationē a papa sed s̄m
S̄uil. posset etiā ep̄us dispē
sare nisi esset talis p̄tinens z
obseruās ip̄m. ¶ Si fecit vo
tum stultū z irrationabile: vt
ieiunare in dñica die: vel nō
pectinare caput vel lanare in
sabbō: z h̄mōi mortale nō ē:
s̄z p̄hibendus est illud implere.

¶ De trāsgressione voti.

¶ Et nota q̄ a trāsgressione
votoꝝ p̄t de iure cōmuni z
p̄suetudine: p̄fessor absoluere
q̄ nō est de casib⁹ reſuatis.
Sed de dispēsatione z com
mutatione votoꝝ: nō p̄t se in
tromittere sine sp̄ali cōmissi
one dioceſanoꝝ: vel alterius
qui possit illā dare. ¶ Ep̄isco
pi aut̄ in oibus p̄nt cōmuta
re vel dispensare nisi in voto
caſtitatis vel religionis z tri
b⁹ votis peregrinatiōis. s̄. h̄ie
rosolymitan: ad sanctū Ja
cobum: z ad limina ap̄loꝝ. i.
Romā: in quib⁹ votis. papa
vel summ⁹ p̄narius soli dis
pensant: vel commutant.

¶ De votis habes in ſecūda
parte. ſumme. ti. xi. per totum
ibi vide.

¶ De ſuperſtitionibus. c. ij.

¶ Si fecit ip̄e vel fieri ſe
cit aliqd̄ maleficium
ſeu iuxta vulgare ma

lias. i. facturas in q̄bus ſemp
fuit occulte vel manifeſte de
monū iuocationes: qd̄ ſemp
ē mortale z dignū morte cor
porali. ij. p. ſumme. t. xij. c. i. §. xij.

¶ De incantationibus.

¶ Si fecit vel fieri ſec̄. vel p̄
curauit aliquā incantationeꝝ
cū ſacramētis vel ſacramen
talib⁹ eccleſie: vt aqua baptis
mali: vel oleo ſancto z h̄mōi
ob ſanitatē vel aliā cauſam. ē
mortale z grauiffimū. in. ij. p.
ſumme. t. xij. c. i. §. ſi. in fine.

¶ De adoratione creaturaz.

¶ Si adorauit aliquā creatu
ram faciēdo orationē ad eaz
vt ad lunā: ſolē: z ſtellas cum
p̄mo apparēt z huiusmodi:
eſt mortale peccatum.

¶ De diuinationibus.

¶ Si fecit vel fieri ſec̄ aliquā
diuinationē ad inueniēduꝝ
furta: vel ad ſciēduꝝ occulta:
vel futurum qd̄ ſibi p̄tingere
potest: eſt mortale.

¶ De arte notoria.

¶ Si didicit artē notoriam:
vel vſus eſt ad ſciēduꝝ aliqua
vel ſi vſus eſt arte nigromā
tica: mortale eſt: z ſi h̄z libꝝ

inducendus est: ut eum comburat: alias non est absolendus: sicut est liber Almades Seriforas et alij libri comburendi sunt quia mortale est utriusque eis vide. i. ij. p. sume. ti. xij. c. j. §. x.

De constellationibus.

Si ex constellationibus vel planetis sub quibus natus est aliquid iudicavit determinate de conversatione eius. **Idem** si ex phisonomia. **Crederet** enim hominem ex fato: vel constellatione vel complexionem cogi ad bonum vel ad malum: est hereticus.

De sortibus.

Si usus est sortibus divinatorijs quod est mortale: ex levitate autem veniale. **Si** dedit aliquid turpe uxori viro ad comedendum vel alteri: ut amaret eam vel fecit: vel dixit aliquid turpe ad huiusmodi est mortale. **Et** interrogandum est quod fuerit illud.

De incantationibus.

Si fecit vel fieri fecit aliquam incantationem ob sanitatem sequendam: et quoniam hoc fit sciendo esse prohibitum: est mortale contra. **Quoniam** vero ex simplicitate fieret putando esse bonas orationes: dicitur veniale. **Sed** si nollet in futurum abstinere: neganda est ei absolutio: quia ex ob-

stinatione et malicia videtur esse mortale: et interrogandum est de verbis quibus utuntur: et de observantijs quas addunt.

De breuibibus.

Si fecit vel fieri fecit vel usus est breuibibus: que contra sunt superstitiosa ex verbis: vel carta in qua fuerit: vel modo imponendi: vel portandi: vel tempore scribendi: et inuenta superstitione earum: imponendum est quod comburatur et si nollet: non sunt absolvendi: quia tunc est mortale. **Si** vero putabatur talia esse licita tanquam orationes veniale videtur.

De observationibus temporum.

Si observavit unam diem magis quam aliam: in non incipiendo aliquid tanquam malum: ut dies egyptiaticos: vel dies in quo occurrit decapitatio sancti Iohannis baptiste: vel die assensionis in colligendis herbis et huiusmodi: veniale videtur quoniam ex simplicitate hoc fit siue scribendo aliqua vel portando ad suspendendum in aliquo loco. **Si** vero hoc crederet animo obstinato tunc mortale est talia observari.

De somnijs.

Si observavit somnia faciens aliquas orationes et observationes et postea ex his quod

sonniam volendo de futuris et occultis iudicare: et pronunciarum mortale est alias autem sine observatione adiuncta: nimis adhibere fides somniis: peccatum est et si ex se non sit mortale. tamen periculosum est: quia sic dyabolum multos decipit. **¶** Si et effusione olei de lucerna vel exatatione aliquarum animarum: vel ululatu canum: vel magnitudine et continuitate ventorum: et huiusmodi existimavit aliquid mali eventurum quod fatuum est. **¶** Si existimavit mulieres reverti in gattas: vel alia animalia: et ire de nocte et ingeri sanguinem puerorum et hominum: quod est impossibile: nisi deo: et id fatuum est credere. **¶** De hac materia. scilicet divinationum: incantationum et omnium superstitionum vide luce clarius in decretis. xxvi. c. i. per totum.

¶ De blasphemia multiplici dei et sanctorum. c. iii.

¶ Blasphemavit deum videlicet dicendo eum non esse iustum et omnia iniuste disponere: et esse acceptatorem personarum: vel non videre que sunt vel non curare de actibus hominum: vel peccatores: vel sine merito punire et fla-

gellare eum: vel non posse istud vel illud facere: et hominum: quod libet horum est mortale: cum advertit: quod dicit et intelligit. **¶** Si blasphemavit deum vel aliquod sanctum: que proprie dicitur maledictio: ut maledictus sit. etc. ut sit ex ira: spiritus est mortale: si advertit ipsa verba.

¶ Secundum preceptum de iuramentis et periuriis. et habet. c. duo. Ca. j.

¶ Iures vana per ipsum

¶ Pro de periurio: si

iuravit in aliqua curia

Simonia que est circa spiritualia et est semper peccatū mortale in oī casu. ¶ Nota q̄ pecunia que recipitur simoniace: nō debz restitui ei qui dedit: s; de necessitate dēt pauperib⁹ erogari: vel illi ecclesie in cuius iniuria data est. ¶ Si dedit pecuniam vel aliqd aliud qd̄ p̄cio possit estimari pro habēdo aliquo sacramento vt baptismo: eucharistia benedictione nuptiar⁹: penitentiā: ordinatiōne: chrismate: et extrema vnctiōne quasi p̄ciū huius sacramēti: cuius signum est qm̄ datur vt p̄ciū et fit pactio cū dante. Idē presumitur qm̄ negatur sacramētū si nō datur pecunia simonia est: nec excusat vsuetudo. Secus vero est si dat vt elemosinaz et gratis nō coactus: s; sponte et ad seruandū vsuetudinem. non excusatur extra de simonia. c. tua

nos. ¶ Si clericus existēs: accipit aliquid tēporale pro aliquo sacramento dato vel dando: vt p̄ciū eius: vlt̄ qz aliter nō dedisset: simonia ē. ¶ Si dedit aliquid: qd̄ p̄cio possit estimari pro aliquo bñficio ecclesiastico simplici: vel curato obtinēdo: simoniā cōmisit sed soluendo rarā curie et bullas nō reputat simoniā. ¶ Si pro aliquo bñficio ecclesiastico vel dignitate habenda aliquid tēporale dedit simoniā cōmisit et idē de p̄ferētibus beneficiis et officiis bñmōi. pro tēporalibus. ¶ Si emit vel vēdidit aliquā capellaz ecclesie: simonia est. ¶ Si emit vel vēdidit sepulturā ecclesiasticaz siue sepulchrū vbi ponit cadauer: siue offm̄ ecclesiasticū. simoniā cōmisit. ¶ Si patronus existens. pro pecunia elegit vel p̄ntauit instituendū in ecclesia sua simoniā cōmisit. ¶ Si emit vel vēdidit aliqd̄ ius patronat⁹ alicui⁹ capelle vlt̄ eccle: simonia est. ¶ Si porrexit p̄ces carnales. i. p̄ aliq̄ indigno ordinādo: vlt̄ bñficiādo simonia est: si itēdebat q̄ prelat⁹ rōne p̄cū principalr̄ assentiret. ¶ Si fuit mediator

ad procuranduz alteri aliqd spirituale. vt beneficiū ordinē ⁊ hmōi pro aliquo tēporali simoniaꝝ cōmisit. ¶ Si cōduxit aliquē ad predicādū pactiōne pecunie ⁊ huiusmodi: simoniaꝝ cōmisit: ⁊ similiter p̄dicatoꝝ qui hoc nō acceptauit. simoniā cōmisit. ¶ Si filiā: vel cōsanguineā: vel seruā misit ad monasteriū pactiōne facta de certa quantitate pro ingressu monasterij: simoniā cōmisit: nec non moniales nisi forte monasteriū eēt a deo tenue q̄ nō sufficeret illi pro videre. ¶ De simonijs clericorū vide in tertia parte interrogatorij. c. de clericis.

¶ De hac No materia simonie: habes pleni⁹ in secunda parte ti. p̄mo. c. v. de simonia per totum.

¶ De proditione. c. ij.

Proditio frequēter ex avaritia fit. ¶ Si pdidit ciuitatē: vel castrū. v̄l p̄sonā inimicis: vltra mortale: tenet de omni dāno inde secuto. ¶ Si pdidit res alterius: iniuste auferētib⁹: idē. ¶ Si pdidit secreta alterius iniuste: vltra mortale tenetur de dānis inde secutis. Sec⁹

si essent secreta iniqua vt cōiurationes: ⁊ tractatus cōtra ciuitatē: vel nocumēta personarū iniusta manifestat: qz tūc benefacit ⁊ facere tenetur de hac materia vide pleni⁹ in. ij. pte sūme. t. j. c. xxij. §. v. ¶ Si recipit aliqd sub sigillo cōfessionis: sed nō in p̄fessione: si reuelat. peccat mōraliter: nisi illud eēt quid iniquuz cui posset obuiari manifestando: ⁊ si de hoc perpendit: qm̄ p̄misit peccauit mortaliter: s; nec debet tenere secretuz: qz eēt tunc peccaret. ¶ Si legit litteras alterius clausas v̄l mortales: nisi poneret sp̄ in ratibabitōne mittētis: vel ei⁹ cui mittitur. hec vide in. ij. p. vbi supra.

¶ De acceptōe p̄sonarū. c. iij.

¶ Si accepit personā i iudicio: videlicet qz magis audit vnā personā q̄ aliā: vel credit vni magis q̄ alteri nō seruato ordine iuris: v̄l magis d̄clinat ad vnā partē q̄ ad alterā rōne amicitie ⁊ hmōi: posset esse mortale. ¶ Si in distribuēdis beneficijs vel officijs ecclesiasticis vel secularib⁹ admittit indignos: peccat mortali ⁊ tenet de dānis inde secutis per

sonis. ¶ Si in faciēdis cedula que vulgariter dicuntur scrutinia officialiū sciēter admittit indignū: vel qui prohibetur admitti: vel excludit dignū: peccat mortaliter. ¶ Si in distribuēdis onerib⁹: vel in ponendis collectis civitatis: sciēter gravat aliquē cōtra vel ultra debitū vñ alieniat: peccat mortaliter: et si solū ex eius determinatione fieret talis distributio: tenet dānificatis dō dāno secus vero est si ponūtur cū eo plures alij. Et sic cū haberet distribuēdā elemosynas alicui⁹ societatis vel testamēti et hmoi nō fideliter distribuē: et si dedisset nō indigētib⁹: ultra mortale tenet ad restitutionē. in. ij. pte sūme. ti. j. c. ij. §. ij. in fine.

¶ De turpi lucro. c. liij.

¶ Si iudex accepit pecuniā ut iudicaret: aut bene iudicaret. aut nō iudicaret: aut iniuste iudicaret: peccat mortaliter et tenet illas restituere danti: nisi dedisset ut male iudicaret: qz tūc tenetur dare pauperib⁹. Idez de teste pro testimonio falso ferēdo: qz peccat mortaliter et tenet restituere. ¶ Si fecit instru-

mentum in fraude: usurarū: ut notarius: peccavit mortaliter et mercedē quā accepit. debet pauperib⁹ erogare. ¶ Si servivit usurario in arte usuraria: peccavit mortaliter. Et si omnia bona usurarij eēt obligata restitutioni. nō posset retinere salariū: sed dēt restituere creditorib⁹ usurarij: alias at posset: s; illud dēt dare pauperib⁹ de honestate tñ: nō de necessitate. nisi ipse esset paup. ¶ Si recepit pecuniā pro turpitudine: ut meretrix vel alia mala mulier. dēt illā pauperib⁹ erogare: nō tñ de necessitate sed de consilio et honesto. ¶ Siquis facit aliquā artē: vel artificij cuius usus ut plurimū est ad mortale: ut facere taxillos vñ chartas et hmoi: peccat mortaliter: nec dēt absolui nisi disponat illud dimittere. Lucrus vero ex hoc factum: dēt pauperib⁹ dare: ex cōsilio non precepto. vide hanc materiā in. ij. parte sūme ti. j. c. xxij. §. xij. ¶ Si diebus festiuis emit vel vēdit negociādo nisi forte in nūdinis: vel fecit contractus alias non necessarios tunc vel scripsit vel fecit aliquid manuale

pro lucro: ultra peccatum secundū aliquos debet illud lucrum pauperibus dari: et hoc potius videtur de honestate quam de necessitate. ¶ Si tunc messius vel vindemiarius emit bladum vel vinum: vel fructus: ut alio tunc vendat carius non existens talis rei negociator: neque propter aliquem honestum finem sed propter cupiditatem: turpe lucrum est: non tamen tenetur in aliquo de hoc vide i. ii. pte sum. ti. i. c. xliij. §. xvi. ¶ Si accepit aliquid ut aliquem eligeret ad dignitatem aliquam temporalem: vel officium seculare: vel vendidit homini officia secularia: turpe lucrum est: non tamen tenetur ad restitutionem aliquam. ¶ Si mercator vel alius portavit vel portari fecit ferre: ligna et quecumque mercimonia ad terras infidelium non habens iniam a sede apostolica esse excommunicationem papali: incurritque alias penas ut habes i. iii. pte ii. c. xv. c. xxx. per totum. Idem de dantibus in hoc auxilium et consilium. ¶ Si negociator exercet negotiationes non ad aliquem finem honestum: videlicet gubernationis familie: utilitatis patrie et huiusmodi: sed prin-

cipaliter ob immensam cupiditatem: committit turpe lucrum. Non tamen tenetur de necessitate dare lucrum pauperibus: sed unam partem de consilio et honestate. ¶ De ludo multiplici. c. v. ¶ Igitur lusit ad tarillos vel chartas: vel ad alium ludum fortune. Si vicit per fraudem: vel per falsos tarillos: vel mendaciose. tenetur illud quod sic vicit restituere amittenti: ultra mortale commissum nisi sit quid parvum. ¶ Si vicit ab eo qui alienare non potuit: ut seruo: religioso: uxore: filio familias. et homini: tenetur restituere his qui habent curam illorum: et est mortale: si est quid notabile: et si ex cupiditate acquirendi ludit. ¶ Si per multam importunitatem traxit alium qui non intendebat ludere: vel retinuit volentes recedere: ultra mortale tenetur illi si est quid notabile. ¶ Si acquisiuit seu vicit per ludum hominum: in locis ubi prohibetur ludus et mandatur fieri restitutio siue legibus imperialibus siue municipalibus: et servatur quantum ad utrumque: debet tunc fieri restitutio illi quod amisit. Secus si leges ille sunt abrogate per com-

trariam consuetudinē. ¶ Si
vicit per luduz in alijs casib⁹
exceptis p̄dictis: nō tenet illi
restituere q̄ amisit: q̄uis pos-
sit elemosinaliter si scit paup̄
elargiri: sed debet pauperib⁹
erogare de honestate ⁊ consi-
lio. s̄z aliquos tenet de neces-
sitate quod tutius est. Mō
oportet tamē tales restringe-
re ita ad certam restitutionē
sicut in furtis: usura ⁊ h̄mōi.

Scd̄z vero Ray. sunt que-
daz persone q̄bus indistincte
tenet quis restituere qcquid
ab eis lucratus fuerit in alea
⁊ tarillozū ludo: videlicet fu-
rioni: pdigi: minores. xv. āno-
rū ⁊ maxime pupilli. Itē mē-
te capti: surdi: muti: ceci: ⁊ qui
p̄petuo morbo laborāt: qz ta-
les rebus suis superesse. i. p̄-
videre nō p̄nt p̄pter quod dā-
di sunt eis tutores ⁊ curato-
res. Idē videt diceñ. de suis
monachis: ⁊ ceteris claustra-
lib⁹ ⁊ filijs familias: qui non
h̄nt peculium castrēse: v̄l quasi:
⁊ de vxore que nō h̄t bona
parafrenalia: ⁊ et de admini-
stratoribus rerū ecclesiastica-
rū que sunt pauperū: ⁊ de si-
milibus personis: tamen ta-
les pecunie non sunt restituē-

de perdentibus: sed tutori: cu-
ratori: patri: monasterio: do-
mino: marito: ecclesie: ⁊ huius-
modi. ¶ De restitutione tali-
um vide pleni⁹ in summa in
secūda pte ti. i. c. xxij. de resti-
tutione ludi. De alijs vero
que cōtingūt in ludis vt frau-
des: blasphemie. amissio tem-
poris ⁊ huiusmodi habes. in
alijs capitulis.

¶ De inq̄titudine circa tēpo-
ralia acgrēda ⁊ p̄suāda. c. vi.

¶ Habuit immensam
sollicitudinē circa hu-
iusmodi t̄palia: ⁊ p̄
hoc dimisit aliquid necessari-
um ad salutem: vt missam ⁊
huiusmodi mortale est. Si
vero nō dimisit necessaria s̄z
remissius fuit quo ad spiritu-
alia veniale est. ¶ Si habuit
nimiam sollicitudinem circa
huiusmodi ex parua cōfiden-
tia auxiliij dei: in se nō ē mor-
tale: sed videtur veniale: est ta-
men multum impeditiuū de-
uotionis ⁊ aliorum bonozū
spiritualium.

¶ De inhumanitate retinen-
di tenaciter. c. vij.

Auaricia i retinēdo re-
naciū seu ibūanitas nō
faciendi elemosynas

Secunda pars Interrogatorij

corporales indigentibus quando potest hoc versu continet. s. **¶** Visito potero cibo redimo te go colligo condo. **¶** Si habens superflua quo ad naturam et quo ad decentiam status sui pro se et familia sua: non subuenit necessitatibus aliorum. et non extremis: sed magnis quas novit: mortale est. **¶** Si hñs de supfluo quo ad naturam: et si non quo ad decentiam status pro se et familia sua. non subuenit patientibus extremam necessitatem quos novit: mortale contra iudicatur: sed hic oportet multa considerare. Ad bene intelligendum: vide de hoc in secunda parte summe t. primo c. xliii. §. iiii. et v. **¶** Si non subuenit indigentibus de industria et arte sua cum potuit: ut medicus medendo: et visitando infirmos pauperes. sine salario: aduocatus in aduocando: procurator procurando et homini videtur mortale. **¶** Si quis non subuenit pauperibus non necessitates extremas patientibus cum posset: vel tardauit dare: et exasperauit pauperes: veniale est. **¶** Si parauit pauperibus nimis sumptuosa: vel nimia questuantibus sine causa urgente: vel

utentibus male elemosynis: peccatum est potius quam meritum. **¶** Si laborantibus pro eo in quocumque ministerio. nimis distulit dare eis mercedem ultra conventiones factas: cum tamen posset soluere: posset esse mortale si incurreret graue danum vel scandalum. Idem si aliquid defraudauit. **¶** De auaritia amandi res inordinate. c. viij.

¶ Nota quod si quis res etiam iniuste acq̄sitas ita inordinate amat ut inhereat ei ut fini: cuius signum est quod propter eas non amittendas esset paratus facere contra aliquod preceptum dei: peccat mortaliter: quia plus diligit creaturas quam deum. **¶** Si autem nullo modo vellet facere contra salutem suam propter hominum temporalia quibus inordinate afficiatur seu amet ea: veniale est.

¶ De prodigalitate. contra auaritiam. c. ix.

¶ Superflue expedit suam substantiam: vel in edificijs sumptuosis: vel in equis. vel in conuiuijs delitiosis vel frequentibus: vel palestris vel ludis: vel in ornamentis: et precipue mulierum: vel turpitudinibus vel in ensenijs: vel hi

strionibus et huiusmodi peccatum est: et quoniam est notabilis excessus secundum proportionem sui statum: est mortale: alias in modico est veniale. Descendere autem ad particularia: puta determinare quando est mortale: vel veniale non de facili potest dari iudicium certum a quo cognoscatur.

De inuidia que est secundum vitium capitale et eius speciebus et habet capitula. iiii. ca. i.

Inuidia est tristitia de alieno bono in quantum considerat ut diminutum proprie excellentie: et si sit ex sensu rationis mortale est: nisi esset de aliqua re parua: sicut puer: qui inuidet alteri puero quod habeat plures fructus et huiusmodi. Sed si sit secundum motum sensualitatis: et cum dupliciter rationis est veniale: vel nullum est de re notabili. Interrogandum est secundum statum de homini inuidia. scilicet si platus alteri platus inuidet de maiori platione vel dignitate. Si est officialis: de maiori et digniori officio. Si doctor: de maiori scientia et concursu. Si scholaris: de acutiori ingenio alteri scholaris. Si cuius: de maiori

ri honore et reputatione alterius. Si spiritualis: de maiori fama alterius. Si mulier: de alteri marito: filijs: ornamentis: pulchritudine et huiusmodi. Si artifex: de artificiis artis sue et lucro: et sic de alijs. **¶** Si quis tamen dolet de bono proximi sui: non ex eo quod ille habeat: sed de defectu suo: quia ipse illo caret. **¶** Stetius tamen quod proximus habeat: non pertinet ad inuidiam: et similiter si doleat de bono inimici: et hoc solum quia timet inde sibi nocumētum: non proprie pertinet ad inuidiam. **Tho. 2a 2e q. xxxvi. ar. ij.**

De odio et alijs filiabus inuidie: et primo de odio. c. ij.

Qui habuit odium ad deum quia flagellauit eum. vel impediuit mala desideria eius: vel alia de causa mortale est. **¶** Si habuit odium ad proximum desiderans malum eius ut malum: et si est malum notabile: quod illi appetit ratione deliberata: mortale est. siue malum sit in persona: vel fama: vel substantia vel alio modo: secus autem si non consensit ratione. vel sit quod non multum danosum. **¶** Si vero desiderauit malum alterius: videlicet infirmitatem in bonis

Secunda pars Interrogatorij

eius. ut. s. bonus efficiatur: ut ne peior vel ne alijs noceat: non est odium. Interrogandū et investigandum est hoc caute. Nam laici omnem displicentiam solent appellare odium que tamen non est nisi dicto modo. Item odium contra unū reputant tū unū peccatū. Sed non: quia sicut in alijs sic in isto quotiens. n. reuocando iniuriā. inēti de nouo habuit odium ad illū cuius consensu rationis: toties peccauit mortaliter. Interrogandum est et de tēpore. s. quātuz perseuerauit et quō frequenter odiuit. Item quod dimittat omne odium sed non oportet imo non debet illi petere veniā quē odiuit: si peccatum est occultū nisi publice cū verbis vel alijs modis offendisset. in. ij. pte sum. ti. viij. c. iij.

De susurratiōe que est ponere dissensiones inter amicos propter malam intentionem. c. iij.

Interrogandū est quod querit ponere discordiaz inter amicos: vel consanguineos. dicēs malum unū de altero vel e contra: vel referens studiose que possunt cāre huiusmodi: quia morta-

le est: et nurus erga socrū: et socrus erga nurū solent his vacare. Si dixit aliqua verba unde orta est discordia inter amicos vel consanguineos: sed non hoc intēdens: sed in caute de se non est mortale: sed posset esse rōne scādali. Si ergo intēdit dissoluerē malas amicitias: vel cōuersationē alicuius cū alijs ne decipiatur. cōgruis remedijs: non est malū.

Vide i. ij. pte sum. ti. viij. c. v. De exultatione in aduersis. c. iij.

Interrogandū est vidēs dāna uenire et mala his quibus inuidet: vel odiū habet: letatur deliberato animo de malo illius: mortale est. Secus autē si non deliberato animo. Letari autē de malo inimici: non inquantū malū eius: sed inquantū non poterit ei nocere: ut alias iniuste euz opprimere: potest esse sine peccato.

De tristitia in prosperis: quod in hoc differt ab inuidia: quia inuidia tristat de bono proximi: et propter hoc cogitat quō male hēat et desiderat: sed contingit sepe quod non patitur ille dāna que ei appetit: sed magis prosperatur: et de hoc tristatur:

est mortale ubi est consensu
sus rationis. Vide in.ij.par-
te sum.ti.viii.c.vj.

**De ira que est tertiū vitiū
capitalē: et habet.c.duo.c.j.**

**Ra ē appetit⁹ vindicte
et vitiū capitalē: et fre-
quēter misceat cū odio**

**Si pp aliquē defectū in se vl
i altero cōmissuz: desideravit
vindicā seu punitionē quocū**

**qz. vt p se vl a deo vl ab alio:
itēdēs solū satisfacet aīo suo**

**irato: ē mortale qñ. s. solū intē
dit punitionē pter ordinē rō
nis: si notabile malū est: et cū**

**psensu rōnis: alias veniale: vt
ira q̄tidiana i gubernatiōe fa
milie.**

**Si iratus in se ipsuz
pp aliquē defectū turbat cō-
tra se veniale est cōiter.**

**Si
irat⁹ d̄ deū pp aliqd flagellū
murmurat corde vl ore: ipati
enter ferēs. et pōt eē mortale**

**et veniale fm modū ipatiētē.
De indignationibus et alijs
filiabus ire.c.ij.**

**Si indignat⁹ d̄ aliquē nō
valēs audire eū: vl vide
re. reputās idignū eo qz
sibi displicuerit: cū debuit ser
uire poti⁹: est veniale cōiter.**

**Et si ppter hoc trinet sibi lo
quelā: vel aliud signū ostēdit**

**displicentiē (que auferenda
sunt) ppter scandaluz proxi-
morum et opinionē odij: pos-
set esse mortale.**

De timore mentis.

**Si excogitavit diuersas vias
et modos ad vindicanduz se
de iniuria et hic iplicauit mē**

**tem cogitationibus altercatē
uis: secundum processum po-
test esse mortale et veniale.**

De clamore.

**Si ex ira clamauit cōtra ali-
quē iordinate et p̄fuse: et furio-
se loquēdo: ē veniale cōiter.**

De cōtumelia.

**Si dicit alteri verba contu-
meliosa vel iniuriosa impo-
tātia vitia: vel opprobria. anī-
mo iniuriandi notabiliter: vt**

**vocando eū proditorē: vel in
honestā psonā: et dicēdo ma-
la de parētib⁹ et hmōi morta-
le est.**

**Si dicit verba oppro-
briosa familie sue vl discipul⁹
vl sibi subdit⁹ cū correctōis:**

**si fit mō d̄bito et honesto ē fi-
ne peccato: vel cōiter est ve-
niale: nisi infamatoria dice-
ret et sequerēt scandaluz ma-
gnum. Vide in.ij.parce sum.
ti.vij.c.vj. § ij.**

**De blasphemia et maldi-
ctione creaturarum.**

Secūda ps Interrogatoriū

Si blasphemauit animo de liberato aliquē : vt percutere tur tali maledictione in malum ei⁹ esset mortale: nisi hoc affectaret in emēdationē ei⁹. Si vero hoc nō desiderauit scđm rōnez : sed scđz subituz motū ire ei⁹: cuius signuz: est qz si hoc ptingeret: valde do leret sicut fit a parentib⁹: cōi ter veniale est. ¶ Si maledi xit creaturas irracionales: qz si fecit in detestationē creato ris: vel in damnuz dñi eius: est mortale: alias vēiale ⁊ oci osuz. ¶ Si blasphemauit ani mas defunctorū suorū paren tum vel aliorū hoium: videtur mortale: qz vñ intēdere nota bile malum. ¶ Idē cū seipm maledixerit exipatiētia. ¶ Si blasphemauit dyaboluz: ma lum est: qz ociosuz saltē. vide de hanc mā in .ij. pte sum. ii. vij. c. v. §. iij. ⁊. iij. ¶ De maledictiōe dei ⁊ san ctōz. dictū ē. s. i pmo pcepto. ¶ De rira. De rira per quā et ira se in uicem hoies percutiunt. i. cuz sit animo nocēdi vel iniuriā di vt in adultis: est mortale in incipiēte. Idē in prosequente animo vindicatio. Secus si

animo defendendi se tm: vel etiā ad exercitium vt pueri.

¶ De seditione. De seditione que est qñ vna pars ciuitatis isurgit ⁊ aliā: ex parte ei⁹ que iniuste mo uet: est mortale cū oib⁹ sequa cibus ei⁹: ⁊ tenetur de quibus dānis inde secutis alteri par ti. Ex parte autē eius qui resi stit seditioni iniuste morte cō tra se: vel bonū ciuitatis: non est scđz. se peccatū: nisi misce antur odia ⁊ vindicationes: prout cōiter accidit. Quādo ex resistētia alteri parti seque rētur multa pericula ⁊ mala: cedendū esset: alias nō euade ret multa peccata que in pflu ctu partiū sequerēt. ¶ Sigs etiā ita partialis est vt guel phus ⁊ gebelin⁹: seu aliter p tialis. ita obstinato aio q ap petit exterminiū alteri⁹ pris: seu exiliū per phas ⁊ nephas paratus etiā in malis se qui partez suaz: nō est sine morta li: ⁊ in malo statu pditionis. De hac materia vide in scđa parte sum. ti. iij. c. viij. §. iij.

¶ De bello. Sigs mouet belluz iniustuz mortalsr peccat: ⁊ ois qui dat auxiliū: p siliū ⁊ fauorez. sunt

liter peccat mortaliter. **¶** De
dānis autē que ibi fiunt: et de
restitutionib⁹: et quid sit iustū
vel iniustū bellum. vide in. iij.
pte sum. ti. iij. c. ij. De homi-
cidio dictū est. s. in. v. p̄cepto.
¶ De accidia que est. iij. capi-
tale vitium: et hēt. c. v. p̄mū. c.

Accidia importat tedi-
um bñ operādi. **¶** Si
ita tristatus et tedia-
tus est q̄ hūit in horrozib⁹ bo-
na diuina: et in abominatōez
spiritualia et opa bōa ad que
tenetur: vt p̄cepta dei et eccle-
e h̄mōi: qñ adest p̄sensus rō-
nis est mortale. S; si hēt ta-
lem motuz tm̄ scdm̄ sensuali-
tatem cuz displicētia rōnis: ē
veniale. **¶** Si ita tristat⁹ est
de morte p̄sanguinei: vl̄ alio
casu q̄ penitet cū bene fecisse
vel p̄ponit amplius nō bene
facere: mortale est. **¶** Si ita
tristat⁹ q̄ vellet nunq̄ fuisse
creatus a deo: seu nō esse na-
tus in mūdo: vel eē sicut bru-
tū animal vel mori quocūq̄:
siue bene siue male disposit⁹
dūmodo hinc exiret: talis tri-
stitia cū p̄sensu rōis est mor-
tale. Si etiā ita tristat⁹ de
aliquo cāu aduerso. q̄ icurrit
grandē infirmitatē p̄pter ni-

miā tristitiā: perdens somnū
dimittēs cibuz et h̄mōi: videt⁹
mortale qñ pōt se iuuare con-
tra h̄mōi. **¶** Si tristatur ex
p̄sideratione bonoz que hūit
alij: quib⁹ ipse est priuatus: vi-
lipendēs oia sibi data a deo:
et inde sumens tediū bñ ope-
randi scdm̄ p̄sensuz rōnis: il-
la accidia est cōiter veniale: et
in p̄sonis spūalib⁹ reperitur.

Si tristatur ex hoc q̄ bo-
na p̄posita que fecit sepe frā-
git ex hoc incurrit tediū bene
operādi: quasi sibi videat⁹ nō
posse p̄ficere: accidia est et in
spūalibus incipiētib⁹ deo ser-
uire repitur. **¶** Si ex frequē-
tia tētationū attediāt in labo-
rādo et resistēdo: veniale est si
tm̄ resistat. In incipiētib⁹ cōtin-
git sepe. **¶** Si attediāt in bo-
nis operib⁹ vl̄ bene operādo
orādo: audiēdo: legēdo lectio-
nes: vel p̄dicationes aut di-
cendo officiū et h̄mōi: non tm̄
dimittit de necessitate fienda
cōiter est veniale: et satis ē in
spūalibus reperitur. **¶** Si tri-
statur de aliquo defectu ma-
gis ex eo q̄ apparet defectuo-
sus coram hominib⁹ q̄ coram
deo: accidia ē et frequēter ve-
niale procedens ex superbia.

Secunda ps Interrogatorij

De filiabus accidie. c. ij.

E filiabus accidie i quib⁹ difficile est cognoscere qn̄ ibi fit peccatus mortale. nisi qn̄ miscetur aliquo peccato: ut cum omittitur aliquod preceptum: nisi deprimat ita mentem q̄ tollat caritatem dei et proximi.

De desperatione.

Si desperavit de misericordia dei existimans eum non posse vel non velle ei parcere et revertenti ad penitentiam: vel non posse abstinere a peccatis cum adiutorio dei: est mortale secundum deliberationem et sensum. Secus si secundum aliquam impulsus temptationis. **¶** Si desperavit se non posse evadere aliquas miseras mundi: vel pericula propter que decrevit se occidere: est mortale. Et si aliquid ad hoc fecit multo magis.

De malitia.

Si contempserit divina et spiritualia bona ex tristitia aggravate mentes: mixta cum accidia: mortale est: hec in. ij. pte sum. ti. ix. c. ij. §. ij. **¶** Si autem contemneret et refugeret ea per que posset vitare peccatum: quia tunc pertinet ad blasphemiam in spiritum sanctum: ut infra dicitur. in. ij. c. de superbia.

De pusillanimitate.

Si subtraxit se ab illis bonis ad que erat aptus timore deficienti: ut a ieiuniis: ab ingressu religionis: a plantatione iniuncta: ab officio predicationis et audientie confessionis iniuncte et bonum: est contraiter veniale: nisi esset preceptum in eo quod dimittitur.

De rancore.

Si habuit in displicentia et tedium corrigentes eum propter correctionem: est veniale: nisi illos odiret et tunc odium est mortuum.

De ociositate que procedit ex tedio.

Si stetit ociosus nihil boni operans corporale vel spirituale. unde amittit tempus irrecuperabile: est veniale: nisi ex ocio addatur aliquod vitium quod frequenter accidit: et quanto tempore stetit ociosus.

De torpore seu pigritia bene operandi.

Si fuit tardus ad bene operandum: licet illud fecerit: ut tardus ad ecclesiam ad orationem. ad elemosinas dandum et bonum contraiter est veniale: nisi ex tarditate omittitur preceptum: ut quia cito non subuenit patienti extremam necessitatem cum tenetur: ut infirmo unde sequitur mors et huiusmodi tunc est mortale.

De evagatione mentis.

Si habuit distractiones mē-
tis in orōne z fuit in cā: vñ cū
voluntate euagat: vel i audiē-
do p̄dicationē z diuina vñ ēt
extra diuina mente cogitauit
vana z inutilia: ē cōiter vēia-
le: nisi addat aliqđ spāle pec-
catū vel si hoc faciat per totū
offm̄ ad qđ obligatur ex p̄ce-
pto. Si audit noua: vel si loq-
tur inutilia: vel ex tedio mu-
tat loca hinc inde: vel distra-
bit sensus z membra diuerſi
mode est veniale cōmuniter.

De negligētia seu tepidita-
te que est remissio volūtatis
circa ea que debz facere. c. iij.

In hac quotidie oēs
i offendunt: s; venialr
nisi omittat aliqđ
necessariū. ¶ Si fuit negligēs
circa opa misericordie spūa-
lia que hoc versu cōtinentur.

Cōsule: castiga: dimitte: so-
lare: ser: ora. Mō q; sub cō-
sulo p̄prehēditur doctrina. i.
docē ignorantē: p̄cipue ad sa-
lutē vtilia. Si fuit negligēs
ad adiscēdū necessaria ad sa-
lutez: vt p̄cepta dei z ecclesie
generalia: qz hmōi ignorātia
nō excusat: vel ad eunduz ad
p̄dicationē: z vtile est iniūge-
re idiotis. vt p̄dicationes ali-

quas audiāt. Si fuit negli-
gens ad p̄curandū sacra sibi
z sue familie. Et si ex negligē-
tia z dilatione mortua est p̄-
les sine baptismo: ē mortale.

Si infirm⁹ mortu⁹ est sine
cōfessione z cōione: vel extre-
ma vntiōe: cū ex negligētia
crassa p̄cedit: vñ mortale vel
graue veniale s; q; plus ille
indigebat. Si fuit negligēs

ad p̄curandū sacra p̄firma-
tionis. Si itez feciss; dare
sacra baptismi: p̄firmationis
vel ordinē sciētes sacruz: est
mortale z p̄bit irregularitas
in suscipiēte. Si fuit negli-
gens ad fraternā correctōez
cum tenet: videlz de pctō oc-
culto z mortali z inde spera-
bat emēdationē illi⁹: tunc es-
set mortale dimittēdo omni-
no illā: veniale vero retardā-
do: vel de his q; nō sunt moz-
talia. Si nō fuauit ordiez

debitū in fraterna correctōe:
vel nimis aspe. vel in tpe vel
loco in debito: pctm̄ est: vide
de hac mā in. ij. pte ti. ix. c. iij.

De negligentia confessio-
nis. Caplm. iij.

Si omisit admin⁹ se
mel in āno p̄fiteri vñ
ex negligētia vñ ignā-

Secunda pars Interrogatorij

tia: mortaliter peccavit. Sec^{da}
 si ex impotētia: videlz qz non
 hēt copiam Confessoris. S; si po-
 stea cum hēt copiam Confessoris
 nō supplevit defectū: mortale
 est vide hāc materiā in .ij. pre-
 sum. t. ix. c. viij. §. ij. ¶ Si fecit
 Confessionē fictā: scienter dimittens
 aliqd mortale: v; qd du-
 bitat: vel credebat esse morta-
 le: etiā si nō esset mortale. mor-
 taliter peccat: & tenet iterare
 Confessionē. ¶ Si dixit esse Cri-
 tum de oib⁹ peccatis & dispo-
 situm ad abstinendū & satiffa-
 ciendū: cū hoc nō intenderet:
 mortaliter peccavit: & tenetur
 iterare Confessionē. ¶ Si pniaz
 sibi iniunctā pro mortalibus
 ex negligentia omisit facere:
 peccavit mortaliter & tenetur
 iterare Confessionē: si est illius
 oblitus. ¶ Si sciēter Confessus
 est ei quē sciuit excoīcatū: vel
 suspensum. vel nō habētē au-
 ctoritatem: puta qz simoniace
 accepit bñficiū: vel qz intrusus
 est per laicā potestatem: pecca-
 vit mortaliter: & tenet iterare
 Confessionē. ¶ Si Confessus est in
 excoīcatione maiori existens:
 quā nesciuit ipse nec Confessor
 eius: absolutus tñ fuit a pctis
 opz iterz pñteri. qz nō fuit ca-

par absolutionis tunc: ppter
 excoīcationem. ¶ Si Confessus
 est ei qui nō hēt sufficientem
 sciētiam: peccat. Et si fuit adeo
 ignorans qz nesciuit discerne-
 re pctā eius p̄cipue cōmunis
 tenetur iterare Confessionē.
 hec vide i. ij. p. s. ti. ix. c. viij. §. iii.
 ¶ De negligentia circa com-
 munionem. c. v.

Commisit coīcare se
 mel in anno. s. in pas-
 cha resurrectionis post
 annos discretionis: peccavit
 mortaliter: nisi fuisset legitime
 impeditus: vt qz alteratus sto-
 maco: vel excoīcatus. querēs
 tñ absolutionē: vel de licentia
 proprii Confessoris per aliquot
 dies differret: & in hmoi casu
 bus dēt supplere defectuz qñ
 pōt. ¶ Si non coīcavit ieiun-
 nus: ita. s. qz post mediā noctē
 aliqd sumpsit per modū cibi
 v; potus: peccavit mortaliter:
 nisi esset grauiter infirmus. qz
 tunc licet. ¶ Si coīonē sum-
 psit cum stare cū pposito ali-
 cuius pcti mortalis: vel cū es-
 set excoīcatus: hoc sciens vel
 ignorās ignorātia crassa: pec-
 cavit mortaliter. ¶ Si nō cō-
 fessus de aliquo mortali pctō
 cōmisso: vel aduertēter ex ve

recūdia: vel inaduertēter pro
 pter indiscussionē consciētie:
 vel ex ignorātia crassa ⁊ supi
 na sumpfit cōionez: peccauit
 mortaliter. ¶ Et nota. qd si q
 omittit cōfessionē vel cōio
 nez in tpe statuto: conari d
 cōfessor vt inducat eū ad sup
 plendū defectuz: nisi sit oino
 nō bene dispositus. Vide in
 ij. parte sum. t. ix. c. ix. §. i. ⁊ .iiij.
 ¶ Item cū reperit aliquē de
 ditū vitijs turpib⁹ ⁊ alijs qui
 stat vsqz ad finē qdragesime
 captuz vī ne subito admittat
 eum ad cōionez: sed plonget
 sibi tps per aliqz hebdoma
 das. ¶ De alijs vero defecti
 bus qui cōmittunt circa cōio
 nē ⁊ missaz vide in tertia pte
 interrogatorij in. c. de clericis
 ⁊ i. iij. pte sum. t. xiiij. c. vi. item
 scda pte. t. ix. c. x. ¶ Si existēs
 excōicatus maiori: ⁊ scienter
 participauit audiēdo diuina
 in ecclesijs aut sacra percipiē
 do: peccauit mortaliter. ¶ Si
 participauit in crimine cū ali
 quo ppter qd ille cū quo pti
 cipauit erat excōicatus. vide
 licet qd verberauit clericū: vt
 c. Si ꝓ cubicē eꝝ d. snia excōi
 cationis. vel si aliqz clericus
 subiicit se alicui laico verberā

dum ad placādū euz de inlu
 ria sibi illata: clericus ille effe
 citur excōicatus: qd picipat in
 crue eū verberāte: pp qd ē ex
 cōicatus ⁊ mortale est: vt. c. cō
 tingit de sen. excō. ¶ Si exns
 excōicatus maiori sciēter. pti
 cipauit cū alijs fidelib⁹ etiā cō
 dinina: ꝓcipue in his que sti
 nent hoc versu. ¶ Os: orare:
 vale: cōio: mensa negat. Et si
 fecit ex ꝓceptu ꝓ ꝓhibitionez
 superiorū: peccauit mortaliter
 alias venialiter ⁊ efficit excōi
 catus minori: a qua ꝓt absol
 uere ois qui hēt eū audire in
 cōfessione. ij. p. ti. iij. c. vi. §. iij.
 Excipiūtur tñ qncqz casus in
 qbus licet picipare cū excōi
 catis: q continētur in hoc ver
 su. ¶ Vitile: lex: humile: res:
 ignorata: necesse. ¶ Nec ana
 thema qdez faciūt ne possit
 obesse: quos vide i. iij. p. sū. ti.
 xxvi. c. i. ⁊. ij. p. ti. iij. c. vi. §. iij.
 ¶ De inanigloria ⁊ habz. iij.
 capitula. Primum caplm.
 E inanigloria que ē
 d v. capitale vitium: ipor
 tās iordinatum appe
 titū laudis hūane: seu inordi
 natā cōplacentiā ei⁹ cū offerit.
 Et cū sit aliqd opus ꝓncipali
 ter ꝓꝓ laudē ꝓꝓriā: amittitur

eius merces et peccatū incurritur. Et interrogandū est s; statū hoīz de diuersis materijs in qb; hoies q̄rūt sibi laudē: videlz a doctore de scia et doctrina: a scholari de ingenio et disputatōe: a rectore de regimie: a mulierib; de ornatu et hmōi. ¶ Si q̄sūt laudē et gloriā de ope pcti mortalis mortalr peccauit: si fm rōnē deliberatā hoc egit. Secus si fm modū sensualitatis vel et si de aliquo veniali gloriatur. ¶ Si opa sua de genere bonoz: vt ieiunia: elemosynas: et hmōi: q̄si oia ad laudē humanā fecit: mortale vr: cū ibi cōstituit finē puta: qz p̄ncipalis intētio ei; est vt laudē acqrat humanā et nō pp deuz. Sec; si aliqd hoz aliqñ facit alio fine bono. Si ita inordinate appetiuit laudez de aliq; ope. qz pp eaz; p̄sequēdā. paratns erat facē p̄tra aliqđ p̄ceptoz peccauit mortaliter. In alijs autē casibus videtur veniale. ¶ De imodestia ornat; .ca.ij.

Imodestia ornatus que p̄cedit frequēter ex inani gloria: licet et ex alijs cāis possit p̄cedere: et p̄cipue mulieres iuuenes de

hoc interrogāde sunt. s. de ornatu capilloz: fucoz: gēmaz: vestiū p̄ciosaz: et foderaturis et caudis earū: et planellis nimis altis et coronis capitis et hmōi: in qb; aliqñ est mortale aliqñ veniale. ¶ Si vsus v; vsa est fucis: v; alijs ornamētis ad ostentationē et ianē gloriā: si de hmōi supbiuit v; gloriata ē: mortale est: si tātā delectatiōez hūit ad laudē et gloriā illā qz nō curauit trāsgredi mandata dei et eccle. ¶ Si vsus vel vsa ē fucis: et alijs ornamētis ad inducēdū hoies ad sui p̄cupiscētiāz ex m̄rimoniū: mortale ē idubitatū. ¶ Si ita inordinate delectat i hmōi ita qz et si sciret hoies ex sui ornatu scādalizari. i. trahi ad sui p̄cupiscētiāz nō curās de ruina p̄ximi: mortale ē. ¶ Si ad cōplacēdū viro suo: vel ad inueniēdū vix si est inupta: v; ne despiciat ab alijs v; ex aliqua leuitate vsa est fucis: vel alijs ornamēt; supfluis de se nō ē mortale: s; poti; veniale: nisi hic sit nōbilis excessus in hmōi: vt possit iudicari de occasione data alioz ruine et nō tm̄ accepta qđ est difficile iudicare. ¶ Si hūit nimia dili-

gentiam et studium et tempus ad ornandum se: vel fecit excessum in portatura vestium ultra suum statum vel additionem: vel non secundum mores patrie: vel vestibus nimis delicatis peccatum est.

De filiabus Inanis glorie.

Et primo de hypocrisi. c. iij.

I simulavit sanctitatem

si habere per ieiunium: orationem et humilitatem cum malus esset: si hoc egit ad consequendam laudem humanam. Constituitur ibi finis mortale est: aliter veniale: nisi aliud vitium adiungatur. Si simulavit sanctitatem per hypocrisim intendens aliquid quod sit pro honore dei: vel utilitatem proximi: ut scire errores: adipisci indignum ecclesiasticam dignitatem: decipere. n. proximum temporaliter vel spiritualiter: mortale est. Si simulavit sanctitatem exis malus ut dicitur ei elemosine sic sancto viro: vel procuratoribus ecclesiarum ut cerretani et similia: mortaliter peccavit. Si simulavit maiorem sanctitatem quam habuit: vel occultavit suum defectum ad edificationem proximorum: non est peccatum: vel leue: vel veniale est: aut si hoc facit ob aliquam vanitatem vel inanem gloriam: est veniale.

De iactantia.

Si laudavit seipsum de aliquo

opere peccati mortalis: mortalis peccavit. Si autem de opere veniali: venialiter peccavit quantum est de se. Si laudavit se de aliquo opere bono: videlicet de virtute: de scientia: de industria: vel divitiis vel potentis et humilitati ex superbia et inanis gloria: mortale est: vel veniale: sed radicem ipsam superbie vel inanis glorie vix perdit. Si laudavit se ostendendo alios: ut phariseus publicanum mortale est. Si autem ex aliqua levitate vel utilitate consequenda: veniale vel nullum est.

De ironia.

Si vilificavit se verbis vel factis plus quam sentiat in seipso in mente: dicens aliqua mala de se: que in se non cognoscit: veniale est et dicitur ironia.

De contentione.

Si quis credit adversus alium pro veritate scienter in rebus alicuius importantie: mortale est. Secus est in rebus parvis et in advertenter. Si credit pro veritate: sed nimis inordinate: committere est veniale: sed posset ibi esse tanta inordinatio quod ratione scandalum sequentis: esset ibi mortale.

De discordia.

Si huius tractare aliquem cum aliis in communi nolit concordare cum

alijs de his que ordinant ad bonorē dei: vel primorū utilitatem. ex eo q̄ male afficit ad eos: vel ut ostēdat se plus scire q̄ alijs: mortale est. Sec⁹ aut si nō cōcordat: videlicet qz sibi videtur esse magis scdm deū z rōnez quod ipse intendit: qz tūc vel nō est peccatū. vel leue: nisi sit nimis p̄tinax.

De pertinacia.

Si fuit p̄tinax in sentētijs suis: discrepās a cōi ceterorū consilio vel iudicio: cōiter est veniale periculosum tamen. z in ductivum erroris.

De singularitate novitatū

Si fecit singularitates: v̄l novitates in conversatione vite vel vestib⁹: vel cerimonijs: v̄l alijs ad iventionib⁹: peccatuz est: z si ad inuenit aliquā malam consuetudinez omnia ei imputantur.

De inobedientia.

Si nō obediuit superioribus suis spūalib⁹ vel t̄palibus: legibus canonicis: vel civilib⁹ rōnabilibus: z si quidē transgredit superiorū ordinationes habētes vim p̄cepti: vt quando mandat seruari verbo vel scripto in virtute sancte obediētie: vel sub pena excoicati

onis vel carceris: vel alijs penis gravib⁹: z h̄mōi equipolentis peccavit mortaliter.

In alijs vero ordinationib⁹ simpliciter factis transgrediēdo: est veniale: nisi fiat ex conceptu: qz tūc mortale quantūcunqz leuibus.

De gula z habet. c. iij. primum. c.

Gula est ferrū capitale vitii: z iportat inordinatū appetitū seu delectationē circa cibū z potuz:

Mo. v. spēs seu modos q̄ cōtinent in hoc versu. Prepropere: laute: nimis: ardēter studiose. **C** Si comedit vel bibit ex horā debitā sine rōnabili cā z vigēte. **C** Si est usus cibis vel potib⁹ lautis nimis i. delicatis ultra cōditionem sui status. **Aliter. n. decet comedere infirmū q̄ sanū: ciuē q̄ rusticū.** **C** Si comedit vel bibit in minima quātitate p̄ exigentiaz sue complexionis. **Quod. n. vni parū est: nimīū est alteri.** **Et plus comedere i die ieiunii q̄ altera die: nō est de se malū pro vna comestione.** **C** Si comedit vel bibit cū nimio ardore gule: seu cū nimia cōplacētia. **contē-**

tus magis satisfacere delectationi gule: quā necessitati providere. ¶ Si adhibuit vel adhiberi fecit nimium studium et diligentiam circa cibaria delicata preparanda: ut cum variis saporibus et diversis modis: et hmodi. In his omnibus speciebus vel modis gule: tunc est mortale: quando delectatio gule queritur ut finis paratur facere contra precepta ut satisfaciat delectationi gule: vel cum comedit usque ad crapulam vel vomitum advertenter sicut fit a plerisque in carnis pruritu: vel utitur aliquo cibo ex quo verisimiliter credit incurere magnam lesionem persone. In alijs vero casibus contra est veniale. ¶ Si comedit carnes in quadragesima: vel in alijs ieiunijs ecclesie: vel in vigilia aut in sabbato per totum annum nisi urgente causa necessitatis vel infirmitatis: peccavit mortaliter si sine consilio medici. ¶ Si usus est lacticianis tempore quadragesime sine causa infirmitatis: et de consilio medici: peccavit mortaliter. In alijs vero ieiunijs ecclesie servari potest mos patrie: quantum ad usum lacticianorum: qui mos si non appareat tutus est

abstinere. De hac materia vide in .ij. parte sum. tit. vi. c. ij.

¶ De ebrietate. c. ij.

¶ Si bibit usque ad ebrietatem advertens se nimis bibere: vel potentiam vini sufficientem ad inebriandum: vel de hoc dubitans probabiliter: peccavit mortaliter. Secus si ignoravit potentiam vini ut Moyses. ¶ Si fuit causa inebriationis alterius advertenter inducendo ad nimium potum vel ponendo sal in vino: et hmodi: mortaliter peccavit. Secus si fecit causa medicine. ¶ Si induxit aliquem ad frangendum ieiunium ecclesie sine causa legitima suis persuasionibus: peccavit mortaliter. ¶ Si induxit pueros: et iuvenes ad labacitates et tabernas et huiusmodi ut pervertat ad turpia. ¶ Si frequentavit tabernam sine causa rationabili: vel convivio dissoluta: peccatum est.

¶ De insensibilitate.

¶ Si abstulit se nimis a cibo et potu et alijs necessarijs vite: propter quod incurrit infirmitatem: contra est veniale: nisi fiat notabilis excessus: et addatur obstinatio contra admonitiones in hmodi defectibus: quia tunc videtur mortale ratione periculi inde sequentis.

De filiabus gulae et primo de ebrietate. c. iij.

Ex fumositatibus inordinate comestiois et potus: incurrit obscuritatem seu grossiciem intellectus et ex hoc ineptitudinem legendi orandiq;: est veniale cōiter.

De loquacitate.
Si nimis locutus est: seu dicit verba ociosa et sine necessitate et rationabilitate: cōmuniter est veniale.

De scurilitate.
Si fecit actus seu gestus inordinatos: et si sint puocantes ad libidinem extra matrimonium: est mortale. Si vero ad dissolutionem vel leuitatem ut venterositate et huiusmodi: veniale est.

De inepta leticia.
Si hūit ineptā leticiā et vanā in ludis et iocis: cōiter veniale est nisi addatur aliqđ vitium.

De choreis.
Choree que fiūt cū inordinata leticia: sunt mortalia quinque modis. Primo cū fiūt ex libidine. Secūdo cū fiūt in ecclesijs: qz sacrilegiū ē. Tertio cū fiūt a clericis et religiosis cū mulierib; rōne scādali.

Quarto cum fiūt ex inani gloria vel vana leticia: tā inor-

dinata q; ibi constituitur finis.

Quinto cū tales chorizantes nō curāt de scādalo. primum: est mortale. In alijs aut casibus: cōiter est veniale. Posset tamen quādoq; esse mortale: nec de facili de huiusmodi potest dari iudicium.

De immundicia.
De immundicia que potest intelligi cū quis imunde comedit et esset veniale: precipue si ex hoc turbat alios: vel qz vomitū facit. Et si hoc facit qz nimium comedit vel ut auidius comedat: peccatum est. Secus si cā medicine. Vel potest intelligi de immunditia pollutionis: que cū accidit in somnijs nō imputat ad peccatum: sed peccatum potest esse in cā eius. si si processit ex crapula: vel turpi cogitatione precedenti: vel ex negligentia: vel est post vigiliā recollens de ipsa immundicia habitata in somnijs turpibus. delectat: et si est consensu rōnis de huiusmodi turpi delectatione: est mortale vel veniale: vel nullū si ex allevatione nature.

De immundicia seu pollutione procurata.
Nota q; si quis quid agit hac intentione principaliter. ut pollutionem habeat: siue vigilando siue

dormiendo: mortaliter peccat etiam si facit cā sanitatis.

Si autem ip̄a pollutio etiam contingat in vigilia preter voluntatem et sine procuratione non est mortale.

De luxuria et habet. c. ij.

Primum capitulum.

Luxuria est. vij. capitale vitium. Sed q̄ supra

in p̄ceptis dcm̄ ē satis de sp̄ibus eius in opere: ac ēt

in cogitatione iō illis ommissis: videndus est de quibusdā

alijs p̄tinentib⁹ ad ipsas luxuriam et delectationē morosam:

et primo. Si tetigit aliquis

vel aliquā vel osculatus est libidinosē extra coniū: mortaliter peccavit: et si non sequit̄

turpis actus. Nā talia exercitia in opere ip̄o pro vno peccato h̄ntur euz opere ip̄o: sed

tāto grauius quāto in hm̄i

ocurrunt plura. Si aut̄ fiat diuersis tēporib⁹: diuersa sunt

peccata. Si scripsit lras vel portauit: vel misit: vel recepit

cōtinētes amatoria et puocātia ad lasciuiam aduertenter

mortaliter peccavit. Si fecit cōtationes: vel cātavit vel legit: vel audiuit verba lasciuia: vel turpia delectabiliter

ad puocādus se vel alios ad lasciuia: mortale est. Si associavit aliquē quez scinit ire

ad p̄cādum. vel turpiter agēdus: vel ad faciēdū sercnatas vel matutinas: peccavit mortaliter. Si fuit mediator inter aliquos ad hm̄i turpia: vel posuit aliquos mediatores inter se et inter alios et huiusmodi: peccavit mortaliter. Item si recepit enseniuz: vel donum quodcunqz: vel misit ex amore libidinis.

De delectatione morosa.

De delectatione morosa: qd̄ vitium reperit̄ur in tepidis et multū negligentib⁹. Nā feruidi subito cogitationes expellunt noxias: et frigidi: desiderijs operis acquiescunt.

Si habuit cogitationes imundas et carnales in quibus trahit moram postq̄ ratione perpendit propter delectationem ipsam cogitandi huiusmodi: peccavit mortaliter. Non soluz quando quis cogitationibus luxurie ratione consensit. deliberans facere maluz: si adesset commoditas: s̄ etiam nelendo opus perpetrare: sed non curando ipsas cogitationes libidinosas et

Secunda pars Interrogatorij

pellere postq̄ perpendit: sed
in eis voluntarie imorando:
peccavit mortaliter: Hec vi
de in.ij.pte sum.ti.v.c.i. §.v.

De filiabus luxurie.c.ij.

De filiabus luxurie de
d quib⁹ nō oportet mul
tū interrogare qz diffi
cile est intelligere nisi cū mix
tura alioꝝ vitioꝝ. ⁊ prima est
cecitas mentis.

De cecitate mētis.

Si fuit ita mēte occupat⁹ cir
ca mūdana ⁊ carnalia: qz ne
sciuit de deo cogitare vel de
rebus spiritualibus.

De precipitatione.

Si fuit p̄ceps ⁊ subitus i opi
bus suis sine cōsilio ⁊ exami
natione mētis debita: agēs.

De inconsideratione.

Si fuit incautus in factis suis
non bene iudicans circa oc
currentia.

De inconstantia.

Si in eo qd̄ deliberavit bo
ni agere: fuit incōstans ⁊ mu
tabilis ex passione.

De amore sui.

Si nimis seipsum dilexit q̄
rēdo corporis delectationes
⁊ cōmoditates ⁊ huiusmodi.

De odio dei.

Si habuit deū vel legez eius

in displicentia: quia prohibet
concupiscentias ⁊ huiusmōi.

De amore vite p̄ntis.

Si nimis amavit vitā istaz
p̄ntem pp voluptates carnis
qbus est deditus: Ita amarē
vitā p̄ntē qz aliquis vellet hic
ppetuari: fin pe. est mortale.

De horrore futuri seculi.

Si horrozē hūit ad vitā futu
rā. De alijs vero q̄ p̄tinet ad
vitium luxurie ⁊ circa coniu
giū: vide infra in.iii.pte inter
rogatorij in.c.de coniugatis.

De supbia ⁊ habz .c.ij.c.f.

Superbia scdm D̄re
goriū: est regina oium
capitaliū vitioꝝ ⁊ est

vitium multū subtile ⁊ difficile
ad cognoscendū: ⁊ cōsistit in
appetitu inordinato pprie et
cellētie: ⁊ hēt quatuor spēs sine
mōs de quibus potes inter
rogare pp̄t videbit expedire
si tū penitēs intelligat.

Si bona naturalia spiritualia: vel
tēporalia que hūit. sibi attri
buit: ⁊ a deo nō recognouit.

Si bona ipsa a deo reco
gnoscēs: meritis suis p̄cipa
liter se accepisse estimauit: vi
delicet pp̄ sua ieiunia: orōnes
⁊ huiusmōi.

Si ea bōa que nō
hūit sibi attribuit: vel plusq̄

habuit cum existimat se habere multum humilitatis:charitatis:patientie:et hmoi cum non hct. ¶ Si reputauit se meliore esse ceteris:alios contemns: in quolibz horz modoz potest ee mortale vel veniale sz qz ratione consentitur vel no.

Vide diffusius hac materia in.ij.parte.sum.ti.iiij.c.i.

¶ De filiabus superbie.c.ij. et primo de derisione.

¶ De derisione que aliquid pcedit ex supbia. ¶ Si irritat sacra et alia diuina.vilipendens ea:aut scos viros:aut platos aut deo seruire volentes:vt sic retrahat eos peccauit mortaliter. ¶ Si irritat aliquem intendens ex hoc iniuriam vel vilificationem vel notabilem perturbationem eius:mortaliter peccauit:sed si ex leuitate vel causa ioci secus.

¶ De ambitione que pcedit ex supbia:et importat inordinatum appetitum honoris:et multum reperit in platis et dñis. ¶ Si desiderauit aliquam dignitatem:vel beneficium curatum:ratione de liberata:principaliter pro honore vel dignitate vel utilitate:peccauit mortaliter.

¶ Si desiderauit dignitates

vel beneficium ecclesiasticum vel seculare ad quod est indignus vel ineptus:videlicet quod criminofus et hmoi peccauit mortaliter. ¶ Si desiderauit vel quassit ad hmoi puenire.etiaz faciendo contra precepta:mortale est. ¶ Si quassit honores de quacumqz re ita inordinate quod sibi constituat finem:mortale est. In alijs vero casibus vt veniale. ¶ De presumptione.

¶ Presumptio que pcedit ex supbia:consistit in hoc quod homo ponit se ad ea que sunt supra vires suas:vel non pertinent ad conditionem suam:vt secularis ad iudicandum clericos:vt eos qui non sunt sibi subiecti vt de his de quibus non habet potestatem:peccauit mortaliter. De presumptione vide in.ij.parte sum.ti.iiij.c.v. et vi. ¶ Si posuit se ad faciendum ea exercitia ad que non erat aptus:vn pt sequi spualia vt tpale danum alteri:vt medicus ignarus medicine vt aduocatus ignarus ad aduocandum:iudex ad iudicandum:confessor: ad audiendum confessiones et hmoi peccauit mortaliter. Secus aut si competenter in arte illa peritus erat. ¶ Si presumens de virtute sua:exposuit se ridiculis periculis:vt vadens ad

Secunda pars Interrogatorij

loca inhonesta: vel frequētās
querfationē mulierū leuiū z
hmoī: vbi de facili pōt labi i
mortali pctō: mortale videt.

Si nimis de se psumens
nō puidet necessitatibus vel
periculis occurrentib⁹ spūali
bus vel tpalibus expectās ef
fectū miraculosuz a deo. s. vt
cū sanet ifirmuz sine medico
z medicinis: vel ministret ei
cibum sine labore: est morta
le: z dicitur tentare deum.

De temeraria iudicatiōe.
Si facta alterius que dubia
sunt quo aio fiāt i malā ptē i
terptatus ē: seu iudicauit: z si
ne signis sufficiētib⁹ indicāti
b⁹ maliciam alteri⁹: delibera
te iudicauit aliquem de pec
cato mortali: mortāl^r pecca
uit. Si vero iudicauit de vēi
ali venialiter peccauit. Idēz
si iudicauit de mortali: sed
non deliberato animo.

De curiositate.
Si fuit curiosus circa cogni
tionē itellectiuā vt qredo scir
que sūt supra capacitatē suā.
videlicet de trinitate: de pde
stinatiōe: vel qredo scire a q
b⁹ nō dēt: vt a demonijs. vel
p sortes. v^t qredo scire paruz
vtilia: z dimittēdo magis ne

cessaria: vel querēdo scire so
lū ad sciēdū. z nō ad deuz co
gnoscedū. vel ad aliquā utili
tatē: peccatū est: qñqz morta
le: qñqz veniale. ¶ Si fuit cu
riosus circa vsus sensuum. s.
oculis aspiciēdo: aurib⁹ audiē
do: narib⁹ ad odorādū: gustu
ad gustādū: tactu ad tīgēdū
sine necessitate v^t utilitate: s;
solū delectatiōe sensuali: pec
catū est cōiter veniale: z qñqz
pōt eē mortale i. ij. p. sum. t. iij.
c. vij. §. xij. ¶ Si reperit se in
spectaculis ad vidēdū. vt tor
neamēta: palestra: currere ad
brauiū z hmoī: nam si in hoc
sit periculū mortis spūalis v^t
talis: vt qñ sūt spectacula re
pntatiua turpitudinē: vel cuz
pōt recipere notabilē lesionē
corporis: est mortale z multo
magis in exercēte z p bēte oc
casionē in hmoī spectaculis:
alias est veniale: nisi pp hoc
aligs ita delectat q mēs ei⁹
auerteret a deo: ita videlicet
q paratus eēt trāsgredi mā
data dei z ecclesie vt illa aspi
ceret vel faceret: z hoc idē in
telligo de quocunqz pctō qd
de se est vēiale: quia per hūc
moduz potest effici mortale.
De ingratitude.

Ingratitudo reperit in omni peccato mortali: sed ut circumstantia aggravans ipsius: quod ubi homo debet semper fuisse deo: eum offendit. Est et unum speciale peccatum in quantum. scilicet recipiens beneficia a deo vel ab homine: ea non recognoscit: recogitat: et regratiatur et recompensat: vel quod peccatum est in mente vilipendit: beneficia recepta. vel murmurat de eis: vel iniuriatur benefactori. Contra iterum reperitur in quantum cum aliquo genere peccati: quod quod mortali quod quod veniali.

De scandalo.

 ficiales vt nūcij missi: z hmōi
 si aliqd extorquet per improbi-
 tatē: vt denariū puuz z hmōi
 tenēt paupib⁹ errogare: e hoc
 vbi certū salariū recipiunt: vt
 dic gl. i. c. Nō sane. Mā cū sa-
 lariū sufficiēs recipiūt si q̄ ex-
 torq̄nt. vñt restituē si ē qd nō
 bile. Et idē vñ dicēdū d nōrijs
 camerarijs: z hmōi q offō suo
 exercēdo: exigunt aliqd a pso-
 nis. Si. n. hñt sufficiēs salariū
 tenēt ad restōnē eoz q̄ accipi-
 unt. Nec vñ excusat p̄suetudo
 cu; sit irrōnabil. ar. xiiij. q. i. c.
 Adilitat: vñ paupib⁹ errogat
 si de facili n̄ p̄t iueniri. Si ve-
 ro salariū nō hēret: vel nō suf-
 ficiēs: credo qz p̄suetudo excu-
 sare: qz nemo cogit suis stipē-
 dijs militare. C In sup de his
 qui accipiūt pecuniā ab accu-

satis vel incarceratis anteq̄
 proferatur inia cōtra eos vt
 intercedāt pro eis ⁊ liberent̄.
¶ Sciendū q̄ si accusati. vel
 icarcerati sunt culpabiles: vñ
 ⁊ merito dēnandi: illā pecu-
 niā nec reddere debēt datori-
 bus q̄ turpiter dederūt: nec
 sibi retinerē p̄nt: q̄ turpiter ac-
 ceperūt impediēte iustitiā: s̄
 debet paupibus errogari. ar.
 xiiij. q. v. Qui hētis. Si vero
 sunt inocētes: ⁊ ad redimen-
 dam suā verationē dederūt ⁊
 procurandā sui liberationē ⁊
 (si intercessores eorū sunt offi-
 ciales salariati alias) pecuniā
 pro hoc receptā. reddere dñt
 vel paupib⁹ errogare: nisi da-
 ta fuisset per modū doni ⁊ li-
 beralitatis: ⁊ p̄cipue post libe-
 rationē: q̄ tūc retineri posset
 ar. i. q. ij. c. Sicut ep̄s. Et simi-
 liter si intercessores nō sunt of-
 ficiales salariati: s̄ p̄uate pro
 ne: laborādo pro h̄mōi iusta
 liberatione. iuste faciūt: ⁊ qd̄
 eis dat: iuste retinere valent.
¶ Item de pecunia data pro
 adulterio cōmisso vel cōmit-
 tēdo: quōis quidā dicāt q̄ d̄
 dari nō ei q̄ dedit: nec sibi re-
 tineri: sed ei dari i cui⁹ iniuriā
 data est. s. marito (si vxor ei⁹

cōmisit adulteriū: et quo pe-
 cuniā habuit) vñ q̄ poti⁹ d̄be-
 at paupibus errogari: nisi il-
 le maritus esset paup: q̄ pp
 paup̄tatē posset ēt p̄fessor ip̄i
 mulieri tanq̄ paupi dimitte-
 re. Et similiter de viro p̄mit-
 tente adulteriū quo ad vxorē
 caste viuētē ⁊ vñ esse i h̄mōi
 quasi idē ius sicut ⁊ in turpi
 lucro: vt in meretricio qd̄ ēt
 pōt retineri sic acq̄sitū nisi q̄
 leges p̄hibent adulteria ⁊ pu-
 niūt nō aut simplicem forni-
 cationē ⁊ meretricia. Nihilominus
 de pecunia data pro
 adulterio nil statuūt sic d̄ pe-
 cunia simoniaca ⁊ alijs hu-
 iusmōi: vñ paupib⁹ errogari
 poti⁹ iducēdi sunt. xiiij. q. v. c.
 non sane. **¶** De acq̄sitis per
 ludos fortūe. c̄ illos casus in
 q̄bus d̄ acq̄situm pro h̄mōi
 restitui: dñt paupib⁹ erroga-
 ri: qñq̄ etiā posset sibi retine-
 re. S̄ de hoc in. ij. pte sum-
 ti. i. c. xiiij. **¶** De illicite acq̄si-
 tis p̄mo mō. i. cū debet illud
 acq̄sitū ei a quo acq̄sitū
 est: vt i furto: rapina: vsura ⁊
 h̄mōi. Regula est: q̄ h̄mōi
 sunt restituēda spoliatis. siue
 sint dñi illarū rerū: siue ad eos
 spectet dūmodo cōstet rē nō

fuisse ablataz: vt accidit in pi-
 gnoze. deposito: cōmodato: z
 hmoi. Licet. n. tales qui hnt
 pignora deposita: z hmoi nō
 sint dñi illaz rez: tñ ex hone-
 sta cā. illa tenēt. iō his debēt
 restitui talia ablata nō dñis
 ipsaz rez. Et sic itelligo illud
 iij. q. i. c. Reintegrāda sunt oia
 spoliatis. Et de restituti. spo.
 per totū. Si at res: ablata est
 ab eo qui iuste hūerat: puta
 per furtū. vel per rapinā: resti-
 tuēda est dño illius rei: nō illi
 furi. Quāuis at malefaceret
 talis rstituedo furi a quo ipe
 acceperat: z nō dño rei ipsi⁹
 quē nouit: tñ s; Dñil. libe-
 ratus ē ab obligatiōe restitu-
 tionis: qz reposuit rē in pristi-
 num statum z gradū. ¶ Qui-
 dam tñ dicunt: qz illud qd ac-
 quirīt ex usura mētali tñ: nō
 dz illi restitui qui dedit: qz id
 a se volūtarie abdicauit. Nec
 tñ sibi dz retinere: qz tra le-
 gem accepit. c. de usu. c. usu-
 luit: sed dz paupibus eroga-
 ri. ar. c. sic dignū. et de homi.
 De usu. c. cū tu. S; ista iura
 inducta: vident esse tra talē
 opinionē. Nā ibi dī qz debēt
 ablata restitui eis quoz. fue-
 runt si reperiant. vel eoz be-

redibus. Nec aliqd ius: nec
 aliqs doctor solēnis: fac istaz
 distinctionē inter usurā men-
 talē z pactionalē: vt pma de
 beat restitui ei qui ddit. scda
 autē nō s; paupib⁹ errogari.
 Sed sic indistincte dic Aug.
 (de acceptis per furtū z rapi-
 nā: qz debēt restitui nō dari
 paupibus) sic ingens. Qui s;
 ius societatis humane: furtū:
 rapinis: iuasionib⁹: oppōssioni-
 b⁹: aliqua abstulerint. reddē-
 da poti⁹ qz donāda censem⁹.
 exēplo Nachei. xiiij. q. v. c. n. sa-
 ne. Ita z idistincte dicit idēz
 d'vfaris. Nolite elemosynas
 facere de usur. q. ea. c. Nolite
 quasi dicat hec reddēda sunt
 nō paupib⁹ dāda. cū. s. inueni-
 unt qui dderūt ipsas usuras.
 ¶ Et coz dī qz qui dedit usu-
 ras volūtarie: illud a se abdi-
 cauit. Rñ. qz si ddit ex libera-
 litate z per modū doni veruz
 esset: z tūc recipiēs hoc sciēs
 nō tenet restituere nec paupī-
 bus dare. Sed si dedit rōne
 mutui pncipaliter. nō abdic-
 uit illud volūtarie (supple) sed
 dditionate: nec mutuas repa-
 taret se grauatū: z istū ingra-
 tum: z sic alia vice nō inueni-
 ret mutuū. Et ideo sibi debz

conuertere cum licentia superioris: vel pauperibus erogare: si illa pauperibus debebantur.

¶ Qui autem recipiunt a religiosis pro iniusta causa: vel sine licentia superioris debent restituere pro tanto ipsi monasterij: vel conventui: vel alias in utilitate monasterij conuerterent vel expendere: precipue si ipse prelatus fuit qui male dedit. **¶** In omni autem casu ex supradictis: debet fieri ita quod peccatum quod est occultum non manifestetur: et ita quod non sequatur maius scandalum: ar. di. xiii. c. duo. **¶** Qui autem tenentur alicui ecclesie vel loco pio: debent illud dare gubernatori seu rectori eius loci: nisi ille rector non haberet iustum titulum sed usurpatum: vel probabiliter credatur male usurum. tunc. n. posset in utilitatem illius loci conuerti vel successori reseruare.

¶ Capitulum sextum cur sit restitutio.

¶ Vantum ad. vi. f. cur sit restitutio. Ad hoc beatus Thomas. 2a 2e. q. lxxij assignat rationem videlicet quod restitutio est actus iusticie. Ad iniusticiam autem habendam et exercendam: quilibet tenetur. **¶** Consistit autem iusticia in quadam equali-

tate: que tollitur per usurpationem et detentionem aliene rei: et reparari non potest: nisi per iterationem seu per assignationem rei: ei cuius erat si potest et ideo tenetur restituere. **¶** Sed nota quod sic quilibet qui est sui iuris potest donare res suas: ita potest et remittere rem sibi debitam gratis et relaxare suo debitori.

Que remissio siue donatio liber scilicet sine fraude: et coactione postquam facta est per penam non potest reuocari: ut dicit Ray. arti. vii. q. i. c. q. piculosum. **¶** Sed sciendum quod illi qui ponunt se in manibus creditorum. permittendo seu offerendo se ad dandum quod peterent: rogantes tamen quod totum vel partem dimittant sed non intendunt restituere. imo sperant quod pro nihilo vel modico quietabuntur: alias non se ponerent in manibus eorum: a peccato quidem rapine: usure: seu alterius male usurpationis non sunt absoluti: quia partem per penam et confessionem dimittit quam illi vere non habent. **¶** Sed utrum absoluti sint a debito: seu obligatione restituendi: distinguendum secundum Egi. in quolibet. Quia si creditor propria voluntate et liberalitate dimisit et donauit non

curans quicquid debitor in-
 tēderet: nō tenet ipse debitor
 amplius restituere. si ei clare
 cōstat. Secus autē si creditor
 deceptus vel coactus vel de-
 spatus. i. q. nūq̄ spabat se il-
 lud debitū ab eo posse h̄re: v̄l
 nō posse h̄re totū: et iō potius
 voluit h̄re p̄tem q̄ nihil: du-
 bitās ne nihil haberet si totū
 vellet habere. Talis. n. remis-
 sio nō valet: et adhuc obliga-
 tur ad restituendum. Sed qz
 hec mā est multū utilis et ne-
 cessaria sciri: et i frequēti pra-
 ctica: iō seriosius et pleni⁹ tra-
 ctāda: et qd sentiant docto. in
 hoc referēdū. ¶ Quz ergo q̄ri-
 tur vtrū vsurario vel cuiuslibet
 alteri qui habet aliena: suffici-
 at i foro cōscie remissio sibi
 facta ab his quib⁹ extorsit vsu-
 ras vel alia male ablata: vel
 ab heredibus eoz si illi non
 viuūt respōdetur diuersimo-
 de a diuersis: vt patet in. §. se-
 quētib⁹. ¶ Si rar. d. senis. or.
 here. asserit qz h̄ns male abla-
 ta: nisi reddat aut sufficientez
 faciat cautionē: nō pōt libera-
 ri a sua obligatione p̄ alium
 modū cū pōt aliquo mō re-
 stituere. Nec enī pōt de obli-
 gari p̄o p̄ viaz remissionis:

secundo nec p̄ viam satisfacti-
 onis: tertio nec p̄ viā liberati-
 onis: quarto nec p̄ viā trās-
 lationis: quinto nec p̄ viam do-
 nationis: sexto nec p̄ viam re-
 nūciationis: septimo nec p̄ vi-
 am cōueniētie et discretiōis.
 ¶ Inducit ad hoc has rōnes
 que nō vidētur multū v̄ger:
 s; sine multa difficultate sol-
 ui p̄nt p̄ eos q̄ tenēt qz absqz
 actuali restitutione pōt tolli
 obligatio male ablatoz ab
 eo q̄ obligatur p̄ quēlibz hoꝝ
 modoz: dūmō nil fiat i frau-
 dē: vel p̄ metū: vel p̄ despātio-
 nē. s. nō rehabendi sed libere
 spōte gratis et sciēter. Si enīz
 fraudulēter. coacte: vel hmōi
 fieret talis de obligatio: locus
 habet quod dicit: et nō aliter.
 ¶ Quod nō possit tolli talis
 obligatio p̄ viā remissionis ni-
 si restituat: p̄bat sic. Null⁹ ē
 capax remissionis nisi a pecca-
 to prius desista: s; h̄ns rem
 male ablataz q̄diu remanet
 obligat⁹ ad reddēdū nō d̄r d̄
 sifter a pctō: ergo nō ē capax
 remissionis: et p̄ oīs obligatio
 illa tolli nō pōt p̄ viā remissi-
 onis. Ad qd̄ fac̄ regula. ¶ Pec-
 catū de re. in. i. vj. Restitutio
 n. p̄ quā obligatio tollitur: est

p̄cūia remissioni. Vnde nō
 videt̄ remissio fieri: nisi p̄ re-
 stitutōez tollat̄ p̄ obligatio.
 S; ad hoc r̄ndetur. Maior
 p̄t̄ intelligi dupl̄r. Vno mō
 vt̄ intelligat̄ remissioe debiti
 rei ablate z sic vt̄ falsa. Maz
 p̄t̄ alicui remitti d̄bitū: si vult
 creditor lib̄e z sp̄ote: q̄uis il-
 le d̄bitor nō it̄dat dare: et̄ n̄
 sibi apl̄ obligabit̄ fm̄ Egi.
 Secōdo mō vt̄ intelligat̄ de reſ-
 siōe pcti: z tūc ē vera maior z
 minor falsa. Maz b̄ns male
 ablata si nō p̄t̄ restituere vllō
 mō: remāct obligat̄ ad resti-
 tutionē cū poterit. c̄ d̄ solu. c.
 odoard; z t̄n̄ d̄sistit a pctō si
 penitet z p̄pōit restituē i futu-
 rū. S; z si p̄t̄ restituere s; ma-
 le: z hoc it̄dit facere si credi-
 tor n̄ remittat: talis ē adhuc
 remanet obligat̄ ad restituē
 dū: z t̄n̄ d̄sistit a pctō penitē-
 do. Et quod subdit ex regula
 Aug. pctm̄ de re. iu. li. vi. q̄ re-
 stitutio ē p̄cūia remissioi: vcz
 ē de restitutōe nō solū actua-
 li: s; et̄ mētali z i p̄posito z i
 equalēti. Qd̄ nō tollat̄ per
 viā satisfactōis p̄bat sic. Sa-
 tisfacere est pctōz cās excide-
 re z coz suggestionib; aditum
 nō idulgere. d̄ pc. di. iij. c. Sa-

tisfactio: circa p̄ri. Cū ḡ abla-
 tio z detētio rei aliene sit cā
 pcti nisi ip̄a cā pcti excidatur
 qd̄ sit p̄ oppositū suū. s. restō-
 nē: nisi restituat̄ n̄ vt̄ posse sa-
 tisfacē q̄tūcūq; acceptet cre-
 ditor. Insup cū p̄ satisfactio-
 nē nō solūz reparatur amici-
 tia: s; et̄ eq̄litas iusticie q̄ abla-
 ta erat p̄ vsurpationē z detē-
 tionē alienoz: nisi tollatur cā
 iniusticie z ineq̄litas que sit
 p̄ restitutionē subtractoz: dū
 creditori reddit̄ qd̄ min; hē-
 bat q̄ d̄bebat ab ip̄o vsurpa-
 toze: q̄ pl; hēbat q̄ d̄bebat: n̄
 repabit̄ iusticie eq̄litas: z sic n̄
 fiet satisfactio nisi r̄ddat abla-
 ta. Satisfactio. n. fieri d; p̄ ip-
 sus debitorē q̄ violauit iusti-
 ciā vsurpādo aliena: nō p̄ cre-
 ditorē. Ad hoc r̄nderi p̄t̄. q̄
 vtiq; peccati cā excidi nō p̄t̄
 nisi p̄ restitutionē: s; restitū-
 tio non solū fieri p̄t̄ actu: s;
 et̄ mēte z p̄posito: als qui nō
 p̄t̄ restituere cū nil hēat: seq̄-
 retur q̄ nō posset satisfacere
 p̄ peccatis qd̄ est falsū. Si-
 mili ē eq̄litas iusticie repa-
 rari p̄t̄. n̄ solū p̄ actualē resti-
 tutionē: sed et̄ p̄ aliū modum
 p̄ quē sibi creditor vl̄ iniuriā
 passus reputat sibi satisfactū

Sit quoque in huiusmodi remissione
 ne satisfactio: pro debitoribus qui
 violant iustitiam dum habent animam
 paratam et se offert ad restituendum.
 dum: si non remittit. **T**ertio pro
 bat quod non tollatur pro via libera
 tionis sic Chryso. dicit: ex de re.
 iur. c. ois. **D**is res pro quacumque
 casu nascitur: pro eadem dissolui
 tur. Sed obligatio talis iniusti
 detentoris: nascitur pro sola eius
 depravatam voluntatem. scilicet rapien-
 do: vel tenendo: vel detinendo
 rem alienam: ergo dissolui non po-
 tuit nisi pro voluntate. scilicet rectifica-
 ta. scilicet in restituendo ablata: et sic
 videtur quod non sufficiat voluntas eius
 cui fieri debet restitutio ad tollendam
 obligationem cum non fuerit cau-
 sa ipsius. **A**d quod rursus potest
 quod voluntas depravatam usurpa-
 toris rectificari potest. non solum
 pro actuali restitutione: sed pro in-
 tentione voluntaria restituendi: si
 ille sponte noluerit remittere.
Et sic non solum voluntas credi-
 toris: sed et debitoris voluntas: quod
 fuit causa obligationis occurrit ad
 liberandum obligatorem dum se of-
 fert ad satisfaciendum creditoribus
 ad placitum. **Q**uatum ad quartum
 scilicet pro via translationis et acquisi-
 tionis domini probat quod non possit tol-
 li obligatio sic. **P**resupposito

quod in usura non transferatur do-
 minius sed quosdam: tunc assumi-
 tur talis regula. **N**ullus potest
 in re detinenda iustus titulus
 adueniri nisi prius iniustus au-
 feratur titulus. **N**am iniustus
 titulus auferri non potest absque
 hoc quod iustus titulus acquiratur.
 et econverso: et ideo erit alia
 actio pro qua iniustus titulus tol-
 litur et pro qua iustus titulus ac-
 quiritur. **N**ulli ergo aduenire
 poterit iustus titulus pro aliqua
 actione: nisi ei auferatur iniu-
 stus titulus pro alia actionem.
Sed illis qui acquirunt dominium
 in re detinenda: aduenit iustus
 titulus pro dominij acquisitione.
Ergo si prius habuit iniustum titu-
 lum pro rei aliene usurpatione et
 detentione: oportet quod dictus titulus
 iniustus auferatur pro eiusdem
 rei restitutione: an dominij
 acquisitione: et sic non est capax
 dominij an restitutione: et nul-
 lo foris in furtis et rapinis in quibus
 habet sed omnes non transferunt dominium.
Sed ad hoc rursus videtur: quod ut di-
 ctum est restitutio pro qua auferuntur
 iniustus titulus in foro scilicet fieri
 potest non solum manualiter sed et
 mentaliter dum scilicet est paratus red-
 dere realiter si non vult dimittit
 ter: et sic ablato iniusto titulo pro

spontaneas et liberam remis-
sionem creditoris: acgritur do-
miniū. ¶ Quātū ad qntū q
nō possit tolli p viā donatio-
nis: pbat sic p has ppositio-
nes. ¶ Ille cui restitutio fieri
d3: donare non pōt pūsq3 sit
restitut9. Et ipse iniuste deti-
nens aliena anteq3 restituat
ablata: certificari nō pōt de ta-
li donatione utrū sit vera do-
natio. ¶ Primā sit pbat. Do-
natio nisi sit libera: nō est do-
natio vera. ff. de adinven. l. e. l.
rē legatā. Iste aut q taliter do-
nat. i. anteq3 sit restitut9 nō li-
bere donat: qz nō libere illud
hēt: cū nō actualr hēat. Et si
dicat q restituēdus liber pōt
hēre et p qns libere pōt dona-
re: qz detētor bonoz: suoz pa-
ratus est reddere: talis instan-
tia nihil valet qz restituēdus
certificari nō pōt. qz talis ha-
bēs sua male ablata: sit para-
tus ad ea restituenda: nisi ea
statim cū pōt reddat: vel pro-
eis reddēdis sufficientē cau-
tionez faciat: qd pōtinet ad se-
cundā ppositionē. Mas et si
videant aliqua signa: qb9 se-
paratū ad satisfaciēdū oīdat
nō pbantur esse sufficientia:
cū illis vti possit: ita ille q nō

habet itētionez restituendi: si-
cut ille q habet. Et talis alie-
noz detētor iniustus: cui do-
natio fit ante restitutionē: nō
pōt eā: vt verā donationē ac-
ceptare vel accipere: cū bona
conscia. ¶ Ad quod rīdet: q
donari pōt nō solū res habi-
te: s3 et iura et actiōes et q spe-
rant hri. Nec ppterea pōt di-
ci q nō sit donatio libera: qz
res actu nō habet. Et cū hoc
negociū agatur et discutiatur
fm forū conscie: vbi credēdū
est cuilibz p se et p se. et nemo
sit arbitrandus imemor pro-
prie salutis: vt dī. i. q. vij. San-
cimus: ex quo debitor offert
se paratum ad restituēdū: si
vult. rogat tū vt donet: nō co-
actus nō deceptus s3 spōta-
ne9: pōt sibi psuadere et crede-
re liber donasse: p̄cipue si nō
egeat multū: nec. n. p̄sumit d̄
facili q3 p̄icere sua et dona-
re. ¶ Quātū ad tertū q non
possit tolli p viā renunciatio-
nis pbat sic. Vbi renuncia-
tio nō habet locus obligatio
tollī nō pōt p viā renūciatio-
nis: sed anteq3 fiat male abla-
toz restitutio: nō pōt ille cui
restitutio fieri d3 renunciare:
ergo non pōt tollī obligatio

retinentis aliena iniuste per
 viā renūciationis. Adaior ē
 nota. ¶ Adinoz probat. Mā
 renūciatio illa q̄ fit a spolia-
 to ante q̄ restituať: ip̄a decer-
 nitur esse nulla: sicut p̄ 3. l. ij. q.
 i. c. p̄is. 7. ex de restitu. spo. c.
 Sollicite: 7. hoc iō q̄ p̄sumit
 nō ibere fieri: q̄ nō est verisi-
 mile q̄ spōte iuri suo renun-
 ciauerit: qui renunciat spolia-
 tus. Sic in p̄posito v̄r dicē-
 dū q̄ renūcians creditor: nō
 restitutus: nō v̄r spōte renun-
 ciare: sed vt coactus 7. h̄mōi.
 ¶ Ad q̄d respōdet q̄ ea que
 continent̄ i dictis capitulis: ha-
 bēt locum in foro cōtentioso
 vbi p̄cedit p̄ p̄sumptionem.
 S; in foro conscie: et spolia-
 tus pōt renūciare iuri suo: vt
 in p̄posito. ¶ Preterea eo
 ip̄o q̄ offert se ei ad restituti-
 onē si vult: iā reuertit 7. resti-
 tuit euz iuri suo. ¶ Quātum
 ad. vi. q̄ nō possit tolli p̄ viā
 queniētē 7. discretionis: pro-
 bat sic. Supposito dicte re-
 gule pet̄m. li. vi. Obligatio il-
 la qua iniust⁹ detētor alieno
 rū est obligat⁹ ad restituti-
 onē: necesse est q̄ tollatur p̄ vi-
 am restitutionis: vel aliā eq-
 pollētē. Et q̄redo q̄ sit via eq-

pollēs restitutioni: si dicatur
 q̄ sit remissionis via vel do-
 nationis: sequitur iter alia istud
 icōueniēs: q̄ pōt dici restituti-
 o: 7. tñ i possessione minime
 positus: quod p̄ esse falsus p̄
 illud quod habet. ff. d̄ verbo.
 signi. l. plus ē. Dicit enim ibi
 q̄ restituere est nō solū p̄sen-
 tiā rei p̄bere: sed etiā possesso-
 rem facere fructusq̄ redder̄.
 Quapp: nullus pōt dici resti-
 tutus: nisi i possessione fuerit
 cōstitut⁹. ¶ Si ergo remissio
 q̄ fit añ restitutionē eq̄pollēt
 restitutiōi ip̄si: sequitur hoc icō-
 ueniēs q̄ et nō positus i pos-
 sessiōe dicet̄ restitutus. Sed
 ab hoc respōdetur: q̄ in foro
 cōscie 7. ab augu. nō sumi-
 tur. ita stricte restitutio: sic in
 foro p̄tentioso secundū iura.
 Mā quocūq̄ impleatur volū-
 tas creditoris a debitore d̄r
 restitutio facta. Et cū q̄s ce-
 dit hōis: et añq̄ ponat eos i
 possessiōez: restituit quo ad cō-
 sciam. Q̄d ergo dicit p̄fatus
 Birar. s. q̄ nō sufficit remis-
 sio nec p̄t liberari nisi restitu-
 at si p̄t: v̄r h̄re locū qñ remis-
 sio fieret nō libere 7. sincer̄: s;
 remittēs iduceret ad hoc vi:
 fraude v̄r timore seu despera-

tione. s. nil inde consequendi.
¶ Hęc eadē q̄stionē formās
 Laurēti⁹ de rodul. in tracta-
 tu de usuris: prius recitat opi-
 nionē doctoꝝ dic̄ ergo Glo.
 secūda in regula. pctm̄. tenet.
 q̄ sic. S; dicimus ibidē con-
 tra. s. q̄ nō sufficit nisi pecūia
 fit restitutioni parata. **¶** Ali-
 quoz vero rheologozū opinio
 fuit: q̄ ē nō sufficit q̄ res fit
 parata restitutioni: sed ē opz
 q̄ offeratur. **¶** Jo. an. ibidē su-
 per glo. demū assumit viā me-
 diā dicēs: q̄ aut gerit in men-
 te usurari⁹ restituere: ⁊ remis-
 sio sufficit aut nō: ⁊ tūc secus.
¶ Sed Sede. de senis in ope
 suo: firmat indistincte opinio-
 nez dicte glo. sic dicēs. Si is
 cui dnt̄ restitui pecūie vel ma-
 le ablata nō coactus: vel dece-
 ptus: nō circumuētus ⁊ oī do-
 lo ⁊ vi ⁊ calliditate ⁊ metu: ces-
 santib⁹ ē p̄cibus: vel fuitioꝝ
 exhibitione inductus: debitā
 sibi pecūiā n̄ oblata. nec resti-
 tutioē paratā usurario dimit-
 tat: liberat⁹ ē usurari⁹ a resti-
 tutione: nō tñ a pctō qd̄ p̄rit
 exercēdo usuras: nisi ⁊ de illo
 pctō pnia; agat. **¶** Idōt etiā
 dici q̄ plus est: q̄ si usurario
 p̄seuerate in cric ⁊ nō disposi-

to ad aliquā restitutionem: v̄
 qui d; recipere usuras remit-
 tat illas pp̄rio motu v̄ ad pe-
 titionē usurarij: liberatus est
 usurarius a restitutione rei: ⁊
 si nō a pctō: qz de hoc opz sa-
 tisfacere deo p̄ pnia;. **¶** Nec il-
 le. **¶** Hęc opinionē v̄ firmare
 Hosti. in sū. ⁊ Archi. i. c. ij. de
 usuris li. vi. sup verbo satisfac-
 tū: dicēs. Satisfactū accipi-
 m⁹. quocūq; volūtati credito-
 ris satisfiat. Idē lapis d̄ cast.
 Idē Hof. ⁊ Huil. Et demū
 idē Lau. sic cludit. **¶** Et tol-
 latur oīo oīs dubitatio an sit
 vel nō sit liber aius remitten-
 tis: ⁊ p̄ n̄is clara p̄scia usura-
 rij: ⁊ vt facilius iducātur ho-
 mines ad p̄tritionē ⁊ de cete-
 ro a talib⁹ abstineāt: cautū est
 p̄dicat̄ q̄ nō sufficit remissio
 facta: quīs se disponat ad sa-
 tisfaciēdū: si nō remitteret cre-
 ditor: ⁊ caut⁹ q̄ opz q̄ pecunia
 fit restitutioni parata: ⁊ caut⁹
 sine q̄ offerat̄ pecunia. vel q̄
 plus ē q̄ ponatur i manibus
 creditoris. S; de iure ⁊ i foro
 p̄scie puto illā gl. cui⁹ opinio-
 nē seqtur Sede. vt demū ē esse
 verissimā: ⁊ ad hoc iducit ip̄e
 Sede. plures rōnes. **¶** Et pri-
 ma ē talis. In maiorib⁹ cri-

minibus sicut est in crimine furti
vel rapine. vel violencie: re furti
na vel rapta remanere apud
furē vel raptorē de voluntate
dñi: purgatur vitium furtivi vel ra
pie sine aliq̄ restitutione: vt. l. si
fur. d. usuri i. pri. z. ff. d. p̄cario.
l. si certe. ergo purgatur vitium
vsure remanente usura apud
vsurariū de voluntate dñi. Et
q̄ illa sint maiora crimina: patet
ex maiore pene: siue agat̄
civiliter siue criminaliter. Graui
us ē at̄ pctm̄ qd̄ graui⁹ puni
tur. vt. xxiiij. q. j. c. non assera
m⁹. **S**cōda rō ē q̄ i crimine
vsuraz z i alijs maiorib⁹. suf
ficit facere dignā satisfactio
nē vel emēdationē. ex de rap.
c. j. vt sit q̄s liberat⁹ a pctō. c.
q̄to. ex de vsu. S; satisfactū i
telligit: quocūq; desiderium
creditoris impletur. et si n̄ sol
uat. ff. q̄ satilda. co. l. j. **T**er
tia rō ē: q̄ vt̄ fm̄ eū insolubilis
Sūt qdā sp̄ales casus i qb⁹
obligatis ad restitutionē: nō
sufficit remissio: vt. c. exigit. d.
cēsi. li. vi. z ibi de hoc ḡ: i alijs
casib⁹ stabit regula. q̄ suffic̄ re
missio. **I**dez tenet **I**de. de
pal. l. iij. di. xv. q. ij. arti. j. q̄ dicit̄
q̄ obligatus restitutioni excu
satur pp̄ remissionez credito

ris: qz per acceptionem tollit̄
Et hoc nisi sit talis persona:
q̄ nō hēat administrationez:
vel que nō pōt dōare: nec p̄
dñs remittē qz remittere est
dare. Itē qm̄ i iure cautū ē q̄
remissio nō valeat: tūc nō ex
cusat: sic in iudice delegato q̄
munera z expēsas recipiens
vel extorquēs: tenet reddere:
nulla prius remissione sibi p̄
futura: ex d̄ rescriptis. c. Sta
tutū. li. vi. **I**de de visitate iur̄
ordiaro recipiēte mun⁹: ad cu
ius duplū restituēdū tenet̄ ex
de cēsi. c. exigit li. vi. hec **I**de.
vbi. s. **Q**d si q̄s obijcēt regu
lā. **N**ō remittit̄ pctm̄ rē. qd̄ ē
verbū Aug. z restituē ē rē i p̄
stinū statū repōere vñ si videt̄
satisfacē rēmissio. **A**d qd̄ rñdēt
p̄dicti. **I**de. Lau. post̄ Sede. q̄
Augu. i dicta regula nō hūit
respectū ad strictā significati
onē verbi: s; ad mētē ei⁹ que
verbis p̄ferēda ē. ex d̄ verbo.
sig. c. **I**ntelligētia verborū fu
it q̄ si offendisti primū tuuz
rapiēdo: furādo: vsuras extor
q̄ndo: recōcilies te cū ip̄o. **E**t
cōiter qz hoies n̄ iactāt pecūi
as suas: s; volunt sibi restitui
res ablatas: p̄pterea Aug. se
retulit ad v̄bū restituat. **Q**d

aut sic itellererit Aug. ostendit multiplir. Nec ille. Qd autē dicit Lau. s. s. esse pdicā dum nō sufficere remissionē nisi fiāt ea que dicūt diuersi nō videt tutū vel cautū. Mā ex tali pdicatiōe: ita p̄t sequi periculū aiāz: sicut cautela.

Sicut. n. pdicator d̄z sibi cauere a predicādo ea que hnt hoies iducere ad malū: et ab allcuiādo mala: ita d̄z cauere a pdicando scrupulosa et ardua qñ cōis opinio est in p̄riūm. Hoc. n. cēt inijcēt laqueum aiabus: qd fieri nō d̄z. xxvij. q. j. c. Viduas. Audiēdo enim talia et nō fruādo (cū ex auditis format sibi p̄scia) hoc sibi necessario fiēdū. Qui habuit hmōi remissionem: et ex difficultate nolit ponerē se ad faciendū: erit i malo statu rōne conscie sibi facte sup eo: i quo bñ poterat trāsire cū bona p̄scia. Preterea si pdicator hoc dicat i pdicatiōe. s. sibi nō sufficē remissionē nisi rē. et postea i audiētia p̄fessionis faciat p̄riū et dicat illi sufficē: nōne ex hoc pōt sequi magnū scādalu3 p̄tra doctrinam pdicationis? Ex hoc. n. poterunt credē hoies sic esse

de multis alijs. que pdicator res dicūt. s. q̄ nō sunt simplr vera: s; ad terrorē dicta: et sic piclitabit fidei doctria. Mō video etiā cū bona p̄scia q̄ absq; sui magno pctō possit hoc dicē in pdicatione. si sentiat p̄riū: qz hoc cōiter tenent doctores. Sed et si tenerit aliā quā aliā opinionē cū ille sint scrupulose: nō d̄z velle inducēt hoies ad suos scrupulos. Non ergo pdicādo dicat q̄ sufficiat rmissio: ne iducat occasionē mali: et apiat via vltoris: neq; dicat q̄ nō sufficē ne dicat mēdaciū: vel scrupulos et laqueos inijciat auditorib; Sed dicat qd dicit Aug. q̄ op; q̄ restituat si p̄t. xiiii. q. vi. c. Si res: et in restitutiōe includit rmissio. Et s; quid si post remissionē liber facta et vere vsurario: vsurarius mādat in testō suo reddi vsuras nūquid qd semel remissus ē debet restitui bis quib; tenebat p̄us. Dicendū s̄m fēde. q̄ in hoc distinguendum est. Quia aut talis tenor locut; est p̄ verba trāsferentia se ad factū: vtputa qz iubet vsuras restitui bis quib; d̄bebat eas restituere: et p̄barent eas sol

uisse: et tunc non obstante remissione tenebitur satisfacere heres. Et hoc casu loquitur. c. Ad vestram de iurciur. Aut loquitur per verba transferentia se ad ius non ad factum: ut puta quod iubet ea restitui quibus dicitur: tunc secus dicendum est. **¶** Nec ille. **¶** Item sciendum quod cum alicui fit remissio libere et sine fraude: non tenet talis illud quod sibi restitutum est pauperibus dare. Sibi namque acgrit illud ius siue debitum non pauperibus: sicut ne quis tenet pauperibus dare quod sibi donatum est. **¶** Hostiensis in sum. ti. de usuris dicit quod si fenerator partem pecunie fenebris restituat ei a quo habuerat vel heredi suo et de voluntate eius partes retineat: dicunt theologici indistincte quod non est liberatus nisi totum offerat. Tu dicas quod si ex pacto fit: non est liberatus: arg. c. Veniens: c. de simo. Si autem usurarius partem sine pacto liberaliter soluat: et offerat: et de altera parte misericordiam petat: et creditor liberaliter remittat liberatus est debitor: nec tenet ulterius ad restitutionem: sic nec tenet si gratis accepisset gratis oblatus. **¶** Hos. Dicitur bonus iudex. ex certis preceptis

ris: motus sui animi informabit. Nam si creditor est pauper et inops: et usurarius dives et potentis: non presumo quod creditor ipsius usurarium sponte et corde liberet: sed hoc faciat quod ultra recuperare non poterit: ut illud tantillum quod offert recuperaret: et non amitteret. Si vero creditor sit dives et potens (qui est consuevit histrionibus et ioculatoribus tantummodo de suo donare. vel plus frequenter) presumi poterit quod ex corde hoc faciat. **¶** Nec ille. **¶** Item in quadam summula dicitur: quod si usurarius offert libere totam summam pecunie creditori: omnino plenariam voluntatem cum non habeat (quod si crederetur quod aliquid acciperet non offeret) creditor nihil penitus vult accipere: sed liberaliter dimittere totum: iste plenarie satisfacit proximo: sed non deo: et ideo postea sufficit sibi sola contritio: ut satisfaciat deo. **¶** Non consulendum est non contritis: ut haud minus hanc liberam satisfactionem faciant primo. **¶** Item sunt aliqui usurarii qui nituntur decipere deum: qui numeratam pecuniam et acceptam tunc exponunt creditoribus: credentes quod illam non accipiant (quod si crederent quod illam

recipere: nō illā representa-
 rent) at ille timore vel verecū-
 dia ductus: nihil vel parū re-
 cipit: residuū dans: et sic isti ta-
 les dicerent se satisfecisse: qđ
 nō est verū. ¶ Item nota s; q;
 quosdā q; sunt quosq; modi sa-
 tisfaciendi. ¶ Primus modus
 est cū pecunia libere offertur.
 ¶ Secundus modus est cū pe-
 cuniam non hēt offert pigno-
 ra. ¶ Tertius modus est cū pe-
 cuniā nō hēt nec pignora cō-
 gruētia: facit tñ instrū: ut he-
 redes cōpellant ad satisfactō-
 nē et etiā ipse met. ¶ Quartus
 modus est cū mediāte sacer-
 dote vel aliquo alio religioso
 fit volūtaria et libero p̄cordia.
 Iste tñ modus: d; semp ostē-
 dere creditori. velle et posse li-
 berę debitoris. ¶ Quintus mo-
 dus est cū p̄sensu et misericor-
 dia creditoris ponit debitor
 aliquaz possessionē in manu
 alicuius honesti viri: ex cuius
 fructib; soluant per tps debi-
 ta: deinde possessio ad heredes
 reuertat: vel ita debet p̄man-
 re: pro incertis. ¶ Dec ibi. ¶ Itē
 Archi. i rosario. xiiij. q. v. c. nō
 sane. dicit q; Mos. dicebat q;
 in his in quib; est pctm̄ moz-
 tale s; in legē diuinā; ut in sur-
 ro vel rapina: dispensare non
 pōt ep̄s: imo nec etiā papa ut
 aliqui dicūt: quo min; p̄niam
 agat et restitutio fiat si pōt: et
 de usur. c. cū tu. In is vero in
 quib; est pctm̄ mortale s; ius
 positiuū: et cū ep̄is seu inferio-
 rib; pape: interdicta est dispē-
 satio. Nullus dispē sare v; di-
 latione; p̄stare pōt: nisi solus
 papa. iij. q. i. c. reintegrāda vel
 hi q; bus sp̄aliter cōmiserit. Si
 vero nō est interdicta poterit.
 ¶ Dec ibi. ¶ S; q; dicit papā
 nō posse dispē sare in his re-
 stitutionib; vbi est pctm̄ moz-
 tale perpetrātū in usurpatōe
 extra legē diuinā facta ut fur-
 to: rapina: usura: et h̄mōi quo-
 minus restitutio fiat si pōt: vi-
 det̄ intelligendū quo ad resti-
 tutionē certoz si sciunt p̄sonę
 vel quo ad incerta: cū dispē-
 saret absq; cā rōnabili: v; sal-
 tem dubia pro libito volunta-
 tis. Non enī pōt tollere que
 sunt p̄pria hōiuz et dare alijs
 sine cā. Sed cum cā rōnabili
 pōt: puta per moduz pene: ut
 cū aufert regnū vel imperiū
 alicui p̄pter demerita sua q;
 esset inimicus eccle. hereticus
 vel scismaticus: nec se vellet
 corrigere: v; cū faceret mouere.

bellū ꝑ aliquē dñm vel ciuita
tē: psequētē ecclesiā: vñ fauētē
bēticis vel detinentē bona ec
clesie: z tradēt alijs dignitatē
iura z bona illoꝝ sic factū est
pluries. Nec pōt papa cū bo
na ꝑscia que pauperibꝫ debe
ret dispēfare. dar diuitibꝫ fin
cā rōnabili: sꝫ cuz causa rōna
bili pōt talibꝫ obligatis remit
tere: seu vt pauperibꝫ dare ea
que acquisierūt per furta: ra
pinas z vsuras: cū sunt incerta
scdm oēs alꝫ cū sit supremus
z vniuersalis pater pauperuz
magisqꝫ ep̄i: qui in hmoi so
lent dispensare: vt. lxxxviii. di.
c. ep̄s: et de or. Quia etiā hēt
plenitudinē pot̄atis in dispēsa
tione bonoꝝ ecclesiasticoz: z
plenā iurisdictionē in terris ec
clesie. forte d̄ hmoi bōis .s. ec
clesiaz: z eoz qui habitant in
terris ecclesie: posset remitte
ret debita ex furtis: rapina: z
vsura: etiā cū sciūtur persone
sine eozū cōsensu: z ex aliqua
causa rōnabili. Mā quotidie
hoc fit vt iura vnius ecclesie z
fructus auferat: z det alteri qꝫ
curato illiꝫ eccle. cum cā. tñ vt
credī rōnabili. Et sic multo
magis in hmoi pōt dare dila
tionem: qꝫ plus est remittere

debituz: qꝫ dilationē dare ad
soluendū. Querit vtrū sup
incertis cū ep̄o qui ē p̄ pau
perū: possit fieri cōpositio vel
transactio. Rñdet Lau. de ri
dol. Sciendū qꝫ ꝑau. in cle.
ij. de pe. z re. hūc passum cra
minat: z finaliter determinat
qꝫ nō: per illū tex. z per. c. licet
de of. vica. li. vj. Vult. n. qꝫ si
ne mādato ap̄lico id facē ne
queant ep̄i: nisi cōponerēt de
tāta quātitate quāta ē illa ad
qꝫ ascēdūt: z nō d̄ mioꝝ. ꝫiū
suat: sꝫ facta cōputatiōe ferat
demū snia taxatiua ip̄oz icer
toꝝ. Et si vera si q̄ fatꝫ ē pau.
qꝫ vñ de iur: nec vñ ꝫia ꝫue
tudo valē multozū aie illa qꝫ
rēt. Tex. tñ illi vidē meo: n̄ ꝫ
bāt ita clar. Dñ forte possꝫ rñ
deri qꝫ n̄ ē credēdū qꝫ papa qꝫ
ꝫficat ep̄os ꝫres pauperū indi
sticte: nō ꝫcessisset eis i specie
qꝫ ex cā possꝫ cū talibꝫ tráfigē
Et isti hñt maiorē pot̄atē: qꝫ illi
qbꝫ libera administratio ꝫcessa
est. Itē nō simplr donāt. Itē
ꝫꝫ scit hāc ꝫsuetudinē z dis
tolleravit. Sūt tñ taxationes
ꝫ sniaz: h̄ Lau. Forte possꝫ di
ci qꝫ q̄ ad eccliam militatē va
let dictū Lau. z et q̄ ad deū z
eccliaz triūphātē: cū ex causa

rationabili facit cōpositiones de minori quātitate q̄s sint i certa: puta q̄ residuus dimittit ei ut pauperi: cuius alias nō possz̄ viuere sine indecētia sui status notabilr. Sz̄ ubi absqz̄ hac cā ep̄us scienter cōponat de minori quātitate notabilr̄ valet dictū *Idem in foro dei.* Non. n. credendū est papā fecisse ep̄os dispēsatores bonorum pauperū ut possent pro libito voluntatis remittere vel cōponere super incertis: ut de his postmodū hoies pompose uiuant. Nec ipse papa posset cum bona p̄cia absqz̄ aliqua rōnabili cā facere h̄mōi taratōnes lōge min⁹ q̄ sit debitū incertoz̄: et residuū scienter illis d̄bitozib⁹ dare. cū oia bñ et plene possint restituere. Secus cum dubitat: utruqz̄ restituere possit d̄bitoz̄: pro incertis. Mā in dubio: est semp̄ interpretandū factū pape per maxime in bonū. ut disti. xl. c. *Mō nos.* cū glo. *¶* Papa. n. et si habeat plenitudinez̄ potestatis: errare pōt ut hō. Et inter cetera sue pt̄atis: nō auferetur sibi p̄ditio ista cōis hominū: qn̄ possit peccare mortaliter: et descēdere ad inferos.

et grauius ceteris puniendus si deliquerit. ut d̄r̄ di. xl. c. Si papa et in glo. *¶* Insuper cuius restitutio certoz̄ debeat p̄cedere restitutionē incertoz̄: q̄ ep̄i circa usurarios publicos: ut licentient ad sacra ecclesie et sepulturā: prius cōponāt super cetera quātitate pro incertis: quā sibi solent imburse magis q̄ pauperibus dare: et de certis nō p̄uideant sufficienter ut reddant integraliter minus bñ faciūt. Quinimo si non sufficerēt bōa que remanent usurarijs vel heredibus eoz̄: tenēt que acceperūt pro incertis d̄tribuere pro restitutione certoz̄: als̄ fures sunt et latrones auferētes que debentur certis p̄sonis. et de usu. c. cuius tu. xiiij. q. vi. Si res. Sed cōsuetudo in hoc nō excusat: que potius dicenda est corruptela: quia contra ius diuinū. Di. viij. c. que contra mores. xxxij. q. vij. c. Flagitia. *¶* Capitulum septimum de modo et ordine restituendi. *¶* Vantū ad septimū q̄ scilicet de mō restituendi seu ordine. Circa quod consideranda sunt tria. *¶* Primum est q̄ restitutō cer

torum: preponenda est restituti-
oni incertorum. ¶ Sciendum igitur
quod certa omnia obligata restituti-
oni. i. cum sciuntur persone quibus
est facienda: prius et integraliter
soluenda sunt. quod soluantur incer-
ta: quoniam. scilicet vel dubitatur bona
restituentis non sufficere ad
utrumque. Nam tunc restituenda
sunt plene prius et integraliter
certa. Et hoc triplici ratione.

Primo ratione successionis.
Secundo ratione obligationis.
Tertio ratione similitudinis.
Quatum ad primam rationem.
scilicet successionis: advertendum di-
ligenter quod non succedit in pau-
peribus ipse christus: nisi quoniam non
reperiuntur persone certe quibus
restitui debet certa: ut quasi per
substitutionem succedere videatur
ac si diceret testator dimitto
meos heredes tales et tales quibus
debeo: vel et si non debeo.
Sed si eos non reperiri contin-
gat: substituo mihi christum cum
pauperibus suis. ¶ Quatum ad
secundam rationem obligationis:
probat hoc sic. Nam pauperibus
non tenentur heredes dare. scilicet per
restitutionem dictorum incertorum
nisi unica ratione. scilicet in foro dei:
scilicet creditoribus certis tenentur du-
plici ratione. scilicet in foro dei et in fo-

ro mundi: quod heredes possunt
a creditoribus in iudicio pueni-
ri. ¶ Quatum ad tertiam rationem
scilicet similitudinis probatur idem a si-
mili devoto simplici et solenni
Nam votum simplex: non ita obli-
gat sicut id quod est solenne. Nam
quo ad deum: simplex obligat
et solenne quo ad deum et mundum
i. foris mundi. Unde simplex votum
impedit matrimonium contrahendum
sed non dirimit contractus. Solenne
autem impedit contrahendum et contractus
dirimit: ut patet de i. xxvij. per to-
tum. Et ratio huius est: quod in vo-
to simplici. est unum vinculum li-
gans: in solenni duplex. ¶ De
restitutione vero certorum: sciendum
est quod restitio etiam fieri debet cum
quodam ordine. Pro cuius de-
claratione sciendum: quod secundum tri-
plicem voluntatem creditoris: con-
tingit debitorum habere substitutionem
rei. Prima est violenta. Secunda
est conditionata. Tertia transfor-
mata. Prima reperitur in furto
rapina: et similibus. Secunda in
usura. Tertia in contractibus licitis:
sive iustis. Et secundum hunc tripli-
cem voluntatis gradum: varie
prius et posterius homo restituere obli-
gatur. ¶ Cum igitur prima voluntate
scilicet violenta debitor tenetur: ut puta
quod abstulit per furtum et rapinas:

et huiusmodi violentias: talia
 prius restituenda sunt quam usura
 et alia debita. Et hoc propter tria
 scilicet propter offensiones: propter ex
 propriationem et propter compulsi
 onem. Propter offensionem qui
 dem. Nam maior in eis fertur
 iniuria. quia illa penitus sunt inuo
 luntaria. scilicet rapina: furtum et homici
 dum. Usura vero: aliquo modo est vo
 luntaria. scilicet voluntate conditiona
 ta: propterea de sui natura minor est
 iniuria in primum sapit. Alia
 vero debita sine iniuria sunt
 quia sunt voluntaria: puta id quod
 debetur ratione emptiois facte
 alicui rei: vel ratione mutui li
 citi: et homici. Et ideo rapina et
 furtum prius restitui debent quam ipsa
 usura: et alia debita licito modo
 facta: et eadem ratione prius rapina
 quia grauior in ea fit violentia et
 iniuria: quam in furto. **¶** Secundo
 dicitur suari talis ordo propter ex
 propriationem. Nam in rapina et
 furto sine omnibus: dominium non
 transferretur: et ideo talia nunquam tota
 liter sunt possidentium. In usu
 ra vero dominium transferri videtur.
¶ Tertio suadus est talis or
 do propter compulsionem. Magis enim
 debitor compellitur et artatur a
 iure restituere: que extorsit per
 furtum et rapinam: quam que habuit

per usuram. Nam ad restitu
 tionem usure compellitur diuino
 et ecclesiastico iure: sed ad resti
 tuendum rapinam: compellitur vel
 artatur iure diuino: ecclesiasti
 co et civili. Ex quibus sequitur quod
 debitor si non potest in solidum re
 stituere: quod extorsit per rabi
 nam: et furtum: et etiam quod habuit per
 usuram. tenetur in solidum restituere
 prius quod habuit per rapinam et
 furtum: quam quod habuit per usuram: et
 hoc tamen ratione voluntatis occu
 rentis: quia in soluente usuram: ali
 quo modo voluntas eius occurrat
 ad illam expoliationem usure. Sed
 expoliatis per furtum seu rabi
 nam: contra omnem suam voluntatem
 expoliatur: tamen etiam ratione iuris
 coartantis. Nam a iure civili:
 homo compellitur ad restitutionem
 rapine et furti in solidum: et si non
 habeat ad restituendum usuras. Et
 homici sine est. **¶** *Serā.* or. homici
 tax: que videtur rationabiliter di
 cta hoc excepto. scilicet quod dicitur prius
 restitui rapina: furtum: et usura:
 quam alia debita modo licito facta.
¶ Hoc enim esset offerre holocau
 stum de rapina. Sicut enim iuu
 ste accipitur ab aliquo diu
 te: ut daretur elemosyna pau
 perum ut dicit Augustinus. xiii. q. v. c. for
 te: ita et iniustum videtur: ut de eo quod

iuste debetur alteri: puta ho-
 nesti mutui: vel eptiois vñ ali-
 cuius liciti dicitur restituit aliena.
 Hoc. n. esset rapere alienum: vt
 reddat alienum: et non sunt faciē-
 da mala: vt eueniant bona: ait
 apłs ad Ro. Ad hoc ar. xiiij.
 q. v. c. neqz. n. ¶ Quam ad se-
 cundam voluntatem que dicitur diti-
 onata: que. s. cadit i usura: dicit
 Ale. lo. bardus: qd prius tenet
 qd restituere que hñit per usu-
 ram: qz que hñit per alios dicitur
 factos voluntarie. Et hñi rō
 est: qz in restōne debitorum: solū
 fuatur iusticia: sed in restōne
 usure: et male ablatorum: nō so-
 lum iusticia fuatur. s; et iniu-
 ria deo facta et primo amo-
 uetur. Et iō restō usure pferē-
 da est. ¶ Si tñ priū obfuetur
 qz. s. talia iusta dbita in satiffa-
 ctione pponētur male ablatif
 aduertēduz qd in duplici casu
 hoc fieri pōt. s. qñ debita sunt
 clare manifesta: et restō male
 ablatorum non sic: s; obscure sic
 inquiredo. Scdo qñ res que
 debetur est dterminata: puta
 50. vel. 100. et male ablata ide-
 termiata. Mā claz sp pcedit
 obscur in iure: et dterminata
 rē indeterminata. S; illd coi-
 ter nō obseruat: et in pdictos

duos casus: qd etiam vñ ra-
 tionabilr fieri: qz indecens vñ
 usurā dberere restitui de re iu-
 ste alteri obligata. Mā p hoc
 nō tollit iniuria scā pmo et
 deo: s; addit noua: qz alienuz
 aufertur. Nec. n. tenet deo et
 proximo rōne usure ppetrate
 vel alteri male ablati: nisi in
 qñtu pōt d iure: ar. ex de re. iur.
 Nemo ad impossibile obligat.
 Si ergo nō pōt restituē usurā
 nisi subtrahēdo ius alteri: p-
 tūc excusatur a restōne. Pro-
 pterea hoc magis crit violen-
 tū: seu pvoluntatē ei: cui dbe-
 tur aliqd rōne dicitur iusti siue li-
 citi. s. subtrahē suū credituz: qz
 fuerit accipe usuram ab alio.
 Propterea non vñ rōnabile
 vt de iusto obsego: qd scē p-
 mo. s. ei mutuādo seu expectā-
 do pciū rei vēdite. reportet in
 cōmodū et dānū: qd ptinge-
 ret h fuādo: cū q dedit usurā
 recepit iā cōmodū magnū ex
 mutuo sibi scō: et iō d; sibi suf-
 ficē: vt usurari restituat sibi cū
 poterit de suo: et nō alieno: qz
 fm regulā: nemo d; locuple-
 tari cū alteri iactura vñ dāno
 d re. iu. li. vi. et h nisi iura cōia
 vñ mūcipalia alr disponerēt:
 qz i hñi fuāda sūt. Mā iust

humano possessiones et alia: ut propria possidentur: ut patet di. viij. c. quo iure. ¶ Quatuor ad tertiam voluntatem: que dicitur conformata: reperit in tractatibus licitis: ubi voluntates prebentur conformatur in filiis. ¶ In restitutione et talium aliam priorem restituenda sunt. Mas priorem restituuntur quecumque certa debita: que cunquam ad pias causas relicta atque donata. Cuius ratio est: quod donatio et ad pias causas largitio: sunt ex super erogationis consilio. vel sunt sorte bona incerta. Restitutio autem male ablatorum: seu aliorum debitorum certorum: sunt ex obligatione et precepto. Priorem restituuntur que sunt super necessitatem precepti que sunt super erogatione consilii. Huic sane concordat Archi. in c. non sane. xiiij. q. v. Hinc est Ray. ait quod si creditores vel legatarii filii venerunt ad heredem: primo satisfaciendum est creditoribus. Sed si veniunt separatim: liberabitur heres solvendo per ordinem cuilibet venienti siue creditoribus siue legatario dum tamen nil in dolo vel in fraude operetur. Verum tamen si legatarii perveniunt creditores: et accipiunt vel posteriores creditores. potiores et potiores in iure preveniunt. Creditores post modum venientes heredem inherere non debent: nisi tamen de hereditate remanserit ei: unde possit adhuc satisfacere illis: sed habent tamen potiores ius suum saluum contra legatarios qui primo acceperunt. ¶ Similiter et creditores anteriores contra posteriores qui acceperunt primo. Idem quoque Dul. ait et addit quod si heres scit vel credit hereditatem ultra debita non extendi: siue ex contractu vel quasi: seu ex maleficio vel quasi: nihil legatariis debet dare. ¶ Si vero quantitates debitorum nescit: debet creditoribus satisfacere primo. Et si legatarii prius vel simul cum creditoribus legata petant: creditoribus potioribus primo solvendum est. Si autem de hereditate nihil remanet post solutis debiti: legatariis non tenetur. Si vero hunc ordinem mutaverit heres: primo. scilicet solvendo legatariis seu secundariis creditoribus: prioribus in foro conscientie minime liberatur: nisi hoc faciat ignoranter reputans. scilicet hereditatem sufficere ad omnia solvenda: vel nesciens hunc creditores esse potiores. Adis autem de cor. Hosti. ¶ Tres

nota q̄ ceteris paribus suā-
da est regula. Qui p̄or ē tpe:
prior est in iure de regu. iu. in
li. vi. Vbi at̄ sūt p̄uilegia pa-
ria. s. p̄sonar̄ z actionū: isimil̄
z eq̄litter satisfaciēdū ē. nisi d̄
aliquo illorūz probet̄ q̄ alteri
p̄ferēdus sit s̄z legē pacti: vel
scripti: v̄l vsus p̄bati. Nec at̄
notari solēt. L. de bo. au. iudi.
pos. l. pro debito. Cum ergo
mercator vel ali⁹ frāgit. vel vt
vulgariter d̄r fallit: nō suffici-
ens satisfacere creditorib⁹ oi-
bus ex integro veniētib⁹ cum-
ctis: vt sibi satisfaciat. hic or-
do seruat̄ s̄z Bal. in. l. pro de-
bito. L. de bon. aucto. iu. pos.
p̄mo d̄z satisfieri d̄nis rerūz.
Verbi gr̄a: deponētib⁹ si de-
posita erant sibi facta. vt. ff. d̄
p̄ui. credi. l. si. z. l. veteri. ¶ Se-
cūdo satis fit mercū vēdito-
ri. si extāt merces: hoc est ip̄e
merces restituunt̄ tāq̄z singu-
lariter pro p̄cio obligate. Si
aut̄ plus valerēt. id plus red-
dit̄ ad q̄modū creditor̄. vt. ff.
de ac. ven. l. iulianus. Si aut̄
ip̄e merces nō extant: s̄z vēdi-
te sunt: z loco ear̄z alie subro-
gate: tales subrogate non red-
dunt̄ loco earūz: q̄z nō sunt. p̄
p̄cio obligate: vt. ff. de in re

ver. l. quidam. Admōi rō. assi-
gnat̄: q̄z p̄cium ex re illa red-
ctū: obligatū n̄ erat. ergo nec
ēt res: que emitur: z h̄r ēr eo.
Idē quoq̄z i permutationēz
dicēdū est: q̄z vbi sp̄s i obli-
gatōe est: nō succedit loco al-
teri⁹ altera: vt notat̄. ff. de ver-
bo. signi. l. labeo. ¶ Tertio ce-
teris p̄tib⁹ p̄fertur vxor: q̄z hy-
pothecā h̄rē cēsetur. z iō p̄e-
fertur ne dum p̄tendentib⁹ p̄-
sonalē obligationēz: s̄z ēr p̄tē-
dētib⁹ tacitā hypothecā vt. l.
assiduis. L. qui po. i pi. ha. nō
t̄n p̄fertur creditoribus ante-
riorib⁹ habentib⁹ hypothecas
exp̄ssas. z tacitas. Fiscus quo-
q̄z simile habet p̄uilegiū cuz
muliere. L. de p̄uile. fisci. l. q̄-
uis. Et de hoc ēr habes: ēr d̄
pig. c. ex lris in glo. quoniam
¶ Quarto post hypothecas
veniūt deponētēs. l. si n̄ extat
depositū. ff. depositi. l. si bois
§. si. Hoc. n. p̄uilegiūz datur
cause depositi pp̄ frequētiaz
p̄ctūz depositor̄. T̄n sic i. l.
predicta p̄z. tali p̄uilegio non
gaudent q̄ sub noie depositi
mutuāt ad vsurā. ¶ Hypothe-
ca aut̄ ē potior: q̄z p̄tinent ad
ipsam rē. ff. de pac. l. Reper-
tū. ¶ Quinto veniunt simpli-

ces privilegiati. i. habentes pri-
 uilegia personalia: non realia.
 Sexto et ultimo veniunt chi-
 rographarii pro rata: non ob-
 tenta prioritate actu: quod licitum
 est debitori pro cumulo cre-
 ditore facere deteriorē eāz cre-
 ditore priorū non habentium
 dñiuz nec hypothecā: nec pri-
 uilegiū habentium. ut ff. de se-
 para. l. i. §. cōtrario. Et ista
 est rō: quod in chirographarijs
 creditorib⁹ non attendit tēpus.
 Hoc ille. Vex ubi lex muni-
 cipalis: seu statutum civitatis
 aliter disponderet: illi est stan-
 dū: et in foro conscie: si non sit
 expresse contra deū: quod non de
 facili iudicādū est. quod nemo ē
 arbitrādus in memor diuini ti-
 moris: et sue salutis. i. q. vii. c.
 Sancimus nisi evidēter ap-
 pareat p̄iū. Vñ in aliquib⁹
 civitatibus ut florentie: fallēte
 mercatore. per syndicos insti-
 tutos a cōitate sup hmoi ubi
 non sufficiūt bōa debitoris fal-
 lentis ad plene restituendum
 oibus satisfit unicuiqz pro ra-
 ta fm facultatē bonoz illius:
 et non p̄us vni q̄z alteri: nisi ali-
 quibus p̄sonis p̄uilegiatis in
 hoc: ut in mulierib⁹ pro doti-
 bus rehabendis et hmoi qui

bus ad plenuz satisfit anteq̄
 cuiqz alioz. Et p̄mo nota:
 quod hi qui tenentur restituere: si
 oio non p̄nt solvere vel restituere
 sufficit p̄tritio et p̄positum
 restituēdi: quā commode pote-
 rūt. xiiij. q. vi. c. si res. Quod vex
 est cū nota sit paupertas. Talis
 non debet excōicari: ut dicitur. c. de
 solu. c. odoardus nec aliq̄
 pena mulctari. c. de vsu. c. cū
 tu. Et dicitur nota paupertas: quā ce-
 dit bonis. Ideoqz tali dicitur con-
 sulere sacerdos: si de pauper-
 tate dubitat quod cedat bonis.
 Nota tñ quod non sufficit bec-
 cessio (ita quod non sit ei aliq̄ p̄nia
 iniungēda) quod nec solutio nec
 satisfactio plenaria sufficeret.
 Nam licet cessio seu solutio
 quo ad satisfactionē boi suffi-
 ciat: adhuc tñ non est ecclesie
 satisfactuz. Ergo iudex eccle-
 siasticus seu sacerdos: p̄ usur-
 patione rei aliene. iniungat si-
 bi p̄niam. In hoc offendunt
 plurimi peccatores delinquē-
 tes: quod putāt sufficere quod satisfi-
 ciāt. nec trāsgressionē quā se-
 cerūt postmodū confitentur.
 Ad hoc dicitur in sum. ti. de pe-
 et re. Et Secūdo nota quod si ta-
 lis p̄uenerit post ad pinguio-
 rē fortunā: tenet satisfacere et

cesserat bonis: qz per h non
 sunt liberati. Sed talis cessio
 ad hoc eis pdest ne iudicati
 trabentur i carcere. C. q. bo. ce.
 pos. l. q. bonis. Vbi et dic glo.
 qz cessio i h et pdest: qz postea
 no poterit ueniri nisi i qua
 tu facere pnt. z sic habet ro ne
 egeat. Et ppter ea conueniri
 no dz. nisi tm sit id qd acqui-
